FLOSCVLORVM LVTHERANOrum De Fide & Operibus ἀνθηλογικόν.

Tidemanni Gisonis.

1525 Victor

TIDEMANNVS GISO CVSTOS ET CANONICVS VARMIENSIS FOELICI RIco ecclesiæ sancti Saluatoris in Guttestat præposito. Salutem & felicitatem.

EX me iam antea accepisti cur legi abs te cuperem, quæ de Lutheranis quibusdam flosculis non scribendi libido, sed amicus inpulsor recensere me compulit. Non enim ueritus sum tibi prodere ingenij mei infelicitatem, dum candorē studij mei atq; iudicij puritatem apud te testatam uolo, aduersus eos qui struere mihi calumniā possent, quando ita mihi inuidit fortuna, ut me inuitum in publicum exponeret. Nā quod ad meū animū attinet, hoc mihi uidebar tutius in hoc studiorum genere latere, ꝙ in illud casus me magis quàm uoluntas rapuisset, præsertim cum ipsum quoq; opus festinatum tumultuariumq; esset potiusquā meditatum. Cum uero iam mihi non esset integrum relictum, ut præmere ea possem, quæ ad ipsum iam flosculorum parentem etiam prælato meo nomine emissa, in multorum manibus uersabantur, uidebatur tua de eis æstimatio cum amore erga me tuo coniuncta uel ad hoc mihi non parū profutura esse, ut simul contegere iuuares, si quid in meis affectibus damnabis & sinceritatis meæ in ecclesiasticis studijs interpretem te haberem, non ignarus etiā nobiles scriptores magno periculo in uulgi manus exire. Mitto igitur ad te, quod petijsti mearum ineptiarū exemplum quod præter archetypum, unum habui, ab ineru dito scriptore adeo deprauate exaratum, ut relegenti mihi omnia restituere nō licuerit, maxime uero quæ ad orthographiā pertinet.

pertinēt. Vt aūt mea omnia, ita ista sine iudicio abs te legi prorsus non uelim. At ne præter scriptoris simplicitatem, etiam uanitatem in me deprehendas, lecturū te admoneri oportet, magnam orationis partem ita negotio esse de industria accomodatam, ut aduersario magis quàm mihi seruiret, quippe cuius animum obsequētem placidumq; non iritatum uolebā. Quapropter phrasim ita temperaui, ac comparaui etiam memet eum in modū, ut tragico supercilio deposito appendicem magis quàm satyram scripsisse uiderer, ac sequi magis q̄ insectari ipsum, quem in sodalitium trahere q̄ dißidentem habere malebam. Proinde quos ille flosculos dixerat, & si aconito magis q̄ melle perliti alicubi uiderentur, tamen ita permisi flosculos esse, ut adornare credi possem nō etiā deflorare uoluisse. Atq; interim studiū ipsum plus forte q̄ res habebat cōmendaui, sæpe etiam ducentem secutus ut familiarius iunctum deflectere comiter possem, quo ipse tendebam, Christi exemplo, qui pergentibus Emaus discipulis & peregrinum se & itineris comitem, imò & longius iturū simulabat, ut mulceret magis q̄ obtunderet in recenti scandalo perturbatos: O si & nostris agonistis idem fuisset studium persuasum ut Lutherani in Romanenses, illi in Lutheranos se temporaria metamorphosi mutassent, obsecūdassentq; parūper alteri alteris Christiano animo, nō esset profecto hæc tragœdia in ecclesijs excitata, quæ nūc, ubi ex iugi concertatione deuotis in diuersa studia mentibus quædam quasi profeßionis pertinatia occalluit, quē finem acceptura sit non uideo. Scripsere disputauereq; in ipsa re plurimi, ioculaturq; in hac arena totus orbis. At non est auditus qui concederet uel in puncto alteri, quasi idem sit de uocatiui suppositione & de fidei sacramentis altercari, adeo

ut mansuetiores sint feræ feris, q̃ Christiano Christianus. Ego uero qui omni uersum pugnam detrecto etiã si aliquid mea essent, nõ audeo iam ex eis sperare frugem aliquã sub isto simultatis flagranti incendio, quãuis enim assecutũ me putem fructũ mihi initio præstitutum, ut obsequio amicum explerem tamen apud lectorem etiã quem locũ habere deberent, à te potius & tui similibus q̃ a me uolo æstimari. Verum ita, ne propensitate amoris in me tui patiaris iudicij puritatem falli, quod Nicolao Copphernico alioqui acuti iudicij uiro euenisse existimo, qui illas meas nugas typis excusas uulgari suadebat. In quo si quid tibi cum illo conueniet, admonitos uos uelim ne dũ in meã famam q̃ par est indulgẽtiores estis, ueluti Laureolum quendam uulgi dentibus discerpendũ me obijciatis, omnino autem decerni hac in re nisi me præmonito quicquid nolim. Ego enim cum in ijs tenuem ingenij supellectilem, fortunam infeliciorem cõspiciam, te magis patronũ latebrarum mearum quã ementitæ laudis præconem opto. Vale ex arce Allenstein. Die viij. Aprilis. Anno M. D. XXIIII.

FOELIX RICVS TIDEMANNO GIsoni Custodi Varmiensi. Salutem dicit.

CVm nemo, domino teste, lucernã sub modio ponat, sed supra candelabrum ut ingredientes lumen uideant, quid est humanißime Tidemanne quod lucubrationes tuas in flosculos ab autore, quisquis ille sit, ita appellatos perpetuo præconio dignas prodire nolis? An nescis hoc nostro seculo quoslibet uel idiotas quasuis nænias suas impune magna mortalium pernicie pro

sua libidine

sua libidine passim euulgare, & cæcam multitudinē illas tanq̄ noua ac cœlestia oracula penè adorare, ac in eas nimio nouandarū rerū studio, et ĩextinguibili in ordinē ecclesiasticū odio, magis q̄ rectæ rationis iudicio, temere ferri: Tu uero sanctam & Christianæ pietati consentaneā doctrinā domi præmendā censes? Nūquid nō uides totā fermè Prußiam dulcißimā patriam nostram antehac religiosa pietate insignē, nūc proh dolor quorundā deliramentis, ueluti exagitante oestro, in tumultum suscitatā, ac penè iā scissam, salutis opē ex te uno poscere? Sentisne eos quibus adhuc sana mens est, salutari antidoto tuis manibus porrigendo, contra gliscentia uenena præmuniri uelle? Si officiosißimæ in te producendo & prouehendo patriæ, etiam maiora de te expectāti, ingratus tuū uicißim neges officiū, tot tamē animarū pro quibus Christus mortuus est diabolica uersutia pereuntiū salutē, seruato Christianæ charitatis uinculo, negligere minime potes, nec utiq; debes. Noli ergo mi Tidemanne noli talentū tibi à domino creditū terræ cōmittere, sed accessu uberioris fœnoris illi redde, ne te cum torpente ac timido seruo diuino iuditio facias obnoxium. Exi tandē in publicum qui hactenus inter angustas parietum latebras non sine publica iactura delituisti, profer uberrimi ingenij tui primicias, toti orbi Christiano salutares, explica opulentas fœcundi operis diuitias, & merces absq; hedera (ut aiūt) uēdibiles, quas à me admirari magis quàm (ut tu uolebas) dijudicari cōuenit. Aspirabit pijs studijs tuis seruator noster Christus Iesus, ut pacis & unitatis fructum producant optatum. Quid ergo cunctamur? boni consule precor sortem tuam: ingenij tui monumentum dū in mea est potestate uelis nolis, domino fortunante feliciter prodibit. Vale Prußiæ decus. Ex Helisbergo xv. April. An. 1524.

CENTVM ET DECEM ASSERTIOnes quas Autor earum floſculos appellauit de homine exteriore & interiore, fide & operibus.

PRima aſſertio. Longe omniũ maximo diſcrimine ſacras literas quibus ſolis nos Chriſtiani ſumus addicti, ac prophanas, hominis naturam cum ſuis potentijs tractare certißimum eſt.

2 Adeo ut in prophanis duos homines in uno eſſe aſſerere turpißimum ſit minusq; philoſophicum.

3 At contra pium & ſacris literis conſentaneum duos homines in uno eſſe, quos interiorem aut exteriorem, ueterem ſeu nouum, libet autoritate ſacrarum literarum appellare.

4 Et hij quidem non imaginatione duntaxat diſtincti ſunt aut diuiſi, neq; animam ſolam cum ſuis potentijs interiorem hominem dicemus.

5 Neq; carnem corpúſue cum ſuis uiribus et ſenſibus exteriorẽ rite appellamus.

6 Sed iuſto germanoq; ſcripturarum ſenſu integrum hominem cum ſuis potentijs, uoluntate, intellectu, ſenſibus, omnibus deniq; operationibus modis diuerſis, interiorem ac exteriorẽ, ueterem ac nouum recte nuncupamus.

7 Nec tamen alia eſt diuerſitas quã ſecundum ſpiritum dei quo ducitur homo interior, trahiturq;, & dei myſteria per fidẽ Ieſu Chriſti agnoſcit.

8 Exterior autẽ ex aduerſo nullo pacto ſuis uiribus ea quæ ſpiritus dei ſunt cognoſcere poteſt, nam ſtultiã ſunt illi, planeq; ineptus ad ea quæ dei ſunt perſpiciẽda. Refugit enim quicqđ ſupra carnem eſt.

Pugnant

9 Pugnant itaq; inter se quàm diu hic uiuitur, nec aliquis unquã sine hoc hoste domestico quantũuis sanctus sit, esse potest, nisi cum fuerit dissolutus & erit cum Christo.

10 Quoniam omnis Christianorum libertas in spiritu consistit non potest quisquam experiri eam, nisi secundum hominem interiorem ac nouum.

11 Cui sicuti nullũ externũ opus quantũuis pium, bonũ, sanctũ, aut excellens sit, ullam iustiãã aut libertatem conferre ualeat.

12 Eodem modo nullum prorsus malum externum quantumq; uidetur noxium quicq̃ ad iustiãam aut seruitutem parandam homini interiori habet efficaciæ.

13 Nihil itaq; libertatis Christianæ aut iustiãæ in sacris uestibus situm est nihilq; refert, atro, candido, aut ex utroq; mixto uestiaris cucullo, quin potius hæc omnia hypocritas Christianos facere certum est.

14 Neq; item prophanæ uestes, aut loci ullius circumscriptio, siue carnis detentio, siue in lupanari conuersatio, huiusmodi libertati ac iustitiæ obficiunt.

15 Et ut in summa dicamus, nullum opus quod in corpore fit siue per corpus solo peccato contra legem dei excepto animæ libertati nocebit.

16 Nihil ergo interiorem hominem liberum, diuitem, sapiẽtem, omnibus deniq; spiritualibus bonis redimitum facit q̃ sacro sanctum Euangelium & uerbum dei.

17 Quo si caruerit nullo humano studio quodcunq; excogitare licebit poterit iuuari, neq; liber, diues, ac sapiens dici? Quoniã bona omnia simul cum illo intercidunt.

18 Hoc autem uerbum nihil aliud est, nisi syncera, casta, puraq; fides de Christo Iesu filio dei incarnato, passo, mortuo sepul-

to, resuscitato, Iudice uiuorum & mortuorum.

19 Et hoc ipsum omnibus operibus demptis solum est, quod iustificat, consolatur, uiuificat, ac quietam, puram, liberamq́; reddit conscientiam.

20 Huius notitia ex nouo testamento, quod nonnulli perperam in præcepta & consilia diuisere, per aurem aut diligentem lectionem plenè haberi potest, cooperante spiritu dei.

21 Eiusq; partitio recte sumitur, si in præcepta & promissiones diuidatur.

22 Sicut decalogus in ueteri lege per angelos promulgatus nihil nisi peccatum, infirmitatem, ac uilitatē hominis docet & ostendit. Ita etiam omnia dei præcepta in sacro Euangelio contenta ad quæ obseruanda sine delectu sub pœna damnationis æternæ obligamur.

23 Hinc est quod homo uidens sibi proponi impossibilia incipit de seipso desperare, ac mentis oculos ad montes eleuat petens auxilium sibi concedi ex alto.

24 Hæc desperatio non est posterior pars Christianismi. At confidentia nostrarum uirium facereq; quod in se est, maxima pars est hypocriticæ prauitatis.

25 Hanc desperationem procul à nobis pellemus, si thorace scutoq; fidei pectus undiq; muniamus protinusq́; uersemus ob oculos diuina promissa.

26 Et si de nobis diffisi Christo deo plene syncereq; toto corde fidamus & adhereamus, nō secus ac uxor uiro, qui solus præcipit, & solus implet, condonatione peccatorum à deo nobis facta per Iesum mediatorem in fide eiusdem.

27 Planè igitur errat, q́squis libertatē Christianā alibi q̃ in fide & spū quærit, quæ omnibus operibus semotus nos iustificat.

Quæ

28 Quæ si uere & non ficte adfuerit statim in opera erumpet, nec sinet nos ociosos, sed omnia in omnibus operabitur libera liter sine lege, hilariter sine præcepto, lucebitq; lux nostra cunctis hominibus.

29 Hinc oritur timor domini sanctus qui permanet in seculum seculi, neq; homo magis sollicitus erit de sua salute quàm damnatione, cum se totum deo submiserit. Qui non minus uerax est præmia pollicendo quàm pœnas comminando.

30 Summus deo habetur honos, summa hæc est & uera latria, unica & sola qua deum uere colimus, si deum in omnibus ueracem, ac iustum, non quidem opinione, aut suspicione quadã, arbitremur, sed constanti fortißimaq; fide credamus confiteamurq́;.

31 Ea demum fides facit, ut interior siue nouus homo deo obediat, omnia ab eo expectet tanq̃ uerac redamando deum, & sic proximum charitate amplectitur, spe in deum fulatus firmißima, nihil hesitans, sed omnia deo tanq̃ æquißimo iustißimoq; cunctorum arbitro relinquens.

32 Hæc certitudo fideiq; constantia animã ipsam in omnibus consolatur eamq; etiam in medio inferni tutam reddit atq; securã ut lapsis à latere mille & à dextris decem milibus ad eam tamen non appropinquabunt.

33 Rursus summa idololatria indignißimumq; censetur contraria prædictis de deo sentire.

34 Quales sunt hij omnes, qui operibus suis electitijs secundum dictamen rectæ rationis fidunt, & qui suis adinuentionibus ad deum peruenire conantur.

35 Eã ob causam, sicut sola fides iustificat, ita sola ĩfidelitas dãnat.

36 Hanc etiam fidem nec dæmones, nec impij habent, sed solam

opinionem cum non antea cœperunt deo credere, quàm cum suo malo deum ueracem esse experti sunt, q. si ueram fidem de deo haberent, iam non impij sed iusti fierent.

37 Hac fide tanq̄ arctißimo uinculo etiam Christo copulamur & felici matrimonio iungimur, adeo ut quicquid Christi est, id & nos habemus, quicquid nostrum est hoc ipsum Christus suum esse ducit.

38 Omnes deniq; Christi iustidiæ nostræ fiunt. At idem omnes nostras absorbet iniquitate animamq́; iustificat. Ideoq; quicq̄d agimus deus acceptat aut si non acceptat, tamen non imputat ad internitionem.

39 Summa itaq; rerum omnium hæc est. Fides cordis omnem tollet impietatem & per fidem ad opera eundū, non autem per opera ad fidem.

40 Impijßima & nimiū periculosa doctrina est, quæ opera docet, penitus extinguēda & à germane Christianis explodēda.

41 Sed constanter permanēdum in fide Christi, qui unicus est suæ ecclesiæ & animæ fidelis sponsus, primogenitus ex fratribus propter quam duplici honore habetur dignus uidelicet regio & sacerdotali.

42 Non quidem crasso & corporali modo neq; secundum dominatū seu imperiū huius mūdi, neq; secundū externū sacerdotiū Aaronis, sed secundum spiritum in cœlestibus regnis, atq; secundum ordinem Melchisedech regnans in suis fidelibus & consecrans eos inæternum.

43 Iure itaq; dicti matrimonij, omnes qui in deū & filium eius Iesum seruatorem nostrum iuxta priorem sensum credimus, eiusq́; fidem habemus reges sumus & sacerdotes, citra conditionis ac sexus discrimen.

Quilibet

44 Quilibet Chriſtianus in ſpirituali imperio adeo omnium do minus eſt & rex, ut omnia ſibi in ſalutem ſeruire & cedere cogantur, Ipſe autem nulli ſubiectus eſt.

45 Ex his inſania eorũ apertiſsime cõuincitur, qui ſecundũ exter- num imperiũ hanc regiã libertatẽ metiuntur & dijudicant.

46 Pariformiter de ſacerdotio accipiendum cenſeo, non quod uer- tice raſi aut diſcretis ueſtibus incedamus, uel ſacrorum tra- ctandorum (ut aiunt) uſibus nos accomodemus.

47 Sed ut per Ieſum Chriſtum eiuſq; fidem digni ſimus coram deo apparere ac pro nobis & fratribus preces fundere & inuicem docere quæ dei ſunt.

48 Non quidem multo murmure, aut per ſeptem, uel xx. horas canonicas, ſed iuxta ſpiritum ſuum qui ſpiritum noſtrum ducit orando ut nomen ſuum in nobis ſanctificetur, eiuſq; regnum adueniat.

49 Ita & docendum eſt non iuxta philoſophiam aut elementa huius mundi, ſed iuxta Euangelium Chriſti, quod potentia dei eſt ad ſalutem omni credenti.

50 Faceſſant itaq; omnium philoſophorum quantumuis illuſtriũ dogmata qui omnes hereticorum ſunt patriarchæ ac ſua per- uerſa doctrina eccleſiam Chriſti maculauerunt.

51 Huic etiam ordini adiungendos cenſemus, omnes qui ſummas, ſummulas, quæſtiones magiſtrales, hominum traditiones, & quicquid iſtiuſmodi farinæ eſt congeſſerunt. Quoniam depre dati ſunt nos iuxta philoſophiã palmamq; niſi ſunt nobis in- teruertere, data opera, docentes ſecundum elementa huius mũ- di, & traditiones hominum, & non ſecundum Chriſtum.

52 Externũ ac uiſibile iſtud ſacerdotiũ, quod noſtro æuo geritur, niſi inquantũ ſit ſignũ interni atq; ſpiritalis iſtius ſacerdotij, de quo iam

de quo iã dictum est parũ ſpiritus dei & utilitatis in ſe habet.

53 Quoniam ſine tam uano ſacerdotio, quod duntaxat in externis operibus ueſtium pompa, alijsq; prophanis ritibus, ſitũ eſt, populus Chriſtianus cum ſalubrius tum rectius ſecundum ſpiritum gubernari poßit.

54 Bene conſuleretur reipub. Chriſtianæ, ſi à Chriſtiano populo utriuſq; ſexus fideles diſpenſatores, potißimum oratione & doctrina pollentes ſacerdotio externo adſciſcerentur.

55 Non autem ſecundũ prælatorum, quos ſic uocant, inſanam uoluntatem, queſtum ambitionem aut auaritiam, ut noſtro ſeculo aperte fieri uidemus, eligendos aut præſidendos digne exiſtimamus.

56 Hinc eſt qđ fide quaſi extincta paucißimos reperire licet hac libertate gaudentes, & regio honore, ſacerdotioq; dignos.

57 Quiſquis igitur fidem nõ habet, is neq; rex eſt neq; liber ſed ſeruus & uile mancipium, nec ſacerdos, ſed prophanus.

58 Omnia nempe illi dominãtur, ipſe autem nemini, nec rite pro ſe alijsq; præcatur quoniam in omnibus commodum ſuum nõ dei gloriam quærit.

59 Et iſti ſunt, quos ſpiritus ſanctus per Pſalmographum taxat, fiat oratio eius in peccatum, & rurſus, Impio autẽ dixit deus, quare tu ãnuncias teſtamentum meum, & aſſumis teſtimonia mea per os tuũ. Et alibi. Scimus quia deus peccatores nõ exaudit & cætera. Adeo ſunt prophani ut nihil cooperetur eis in bonum.

60 Non quidem apud homines, apud quos glorioſi ſunt hypocritæ, ſed penes deum, qui agnitor eſt cordium.

61 Parum abeſt, quin omnes ſpirituales noſtri æui (quos ſic uocamus) prophani ſint.

Et quos

62 Et quos ipſi prophanos ſeu ſeculares appellant ſunt ſpiritualiſsimi eorum comparatione.

63 Hinc dubium eſt an ſacer ordo, quem ſacramentum eſſe mordicus tenent, quo nunc utitur eccleſia papiſtica, ſit de conſuetudine eccleſiæ dei.

64 Maxime cum hæc uocabula, Papa, Pontifex maximus Archiepiſcopus primas, Epiſcopus, & ſimilia dignitatum (ut aiūt) nomina priſca Chriſti eccleſia uſu noſtro iam inuulgata penitus ignorauit & ad huc ignorat.

65 Sed alia nomina magis charitatem quàm faſtum & dominatum ſonantia habuit, ut puta, paſtores, miniſtros, ſacerdotes, qui epiſcopi ſunt, diſpenſatores & ſimilia.

65 Quiſquis Chriſtianum populum in ſpirituales & ſeculares diſcreuit, hunc de re Chriſtiana male meritū dicimus.

67 Et eundem reum extinctæ fidei, gratiæ, libertatis Chriſtianæ, totiusq; Chriſtianiſmi deleti cauſamus.

68 Factum eſt ut pro ſpiritu libertatis, & adoptionis filiorum dei, illis peruerſe docentibus, accepimus ſpiritum ſeruitutis, & timoris. Sic illo relicto ſerui facti ſumus hominum, ſi ſint homines ſicut addubitant multi.

69 Reſipiſcendum igitur cenſemus ex altiſsimarum tenebrarum ſpecu, lucemq; in tenebris lucentem & ab eiſdem minime comprehenſibilē ſubfulti dei ſpiritu, omni conſtantia repetendam.

70 Id facile præſtabūt Chriſtiani doctores, ſi uitam, geſta, & uerba Chriſti in ſacro Euangelio expreſſa, non ut hyſtoriā duntaxat auribus fideliū (ſicuti hactenus factū eſt) inculcauerint.

71 Sed proponent Chriſtum non ſibi, ſed nobis natum, paſſum, datum, mortuum, ſuſcitatum & cætera.

72 Item quare Chriſtus uenerit, quid attulerit, quid fecerit, quid

deſtruxerit

pestruxerit quid nobis deniq; parauerit possidendum.

73 His cum firma fide inhheserimus, futurũ est, ut nõ timeamus ab auditiõe mala, sed quia filius nos liberauit, ueri liberi sumus.

74 Sic neq; legem, neq; peccatum, neq; mortem, neq; infernum neq; dæmones, neq; instantia, neq; futura formidabimus. Possumus enim omnia in eo qui nos confortat.

75 Dedit enim nobis deus potestatem filios dei fieri, & sic hæredes regni æterni, cohæredes autem Christi.

76 Dedit etiam nobis uictoriam super omnia hæc per Iesum Christum cuius mors mortem omnia deuastantem uicit, quam mortem in morte eius quæ nostra uictoria est & nos uincimus, ipso docente, sed libera nos à malo.

77 HAVD ALIENVM ab instituto erit, aliquid de homine externo, carnali ac ueteri iam dictis subijcere.

78 Exterior homo cum omnibus suis uiribus in lege hæret, & totus pendet, nihil aliud meditans, nihil adnitens quàm ut operibus legem impleat.

79 Quam legis expletionem cum ultra suas uires esse consyderat & aperte perspiat non quærit aliunde auxilium incedendo regia, quin ad sinistram potius declinans præceps in omne uitiorum genus ruit, credens sibi omnia licere, prætexens legis impossibilitatem.

80 Ex aduerso alij suis uiribus legem implere uolentes ad dextram uadũt bonis operibus se torquentes, aut pessimi fiunt hypocritæ cũ nõ esse uti alios sese iactitent, aut diffisi de proprijs uiribus in exitiale desperatiõis baratrũ ꝑpetuo deadũt.

81 In primo ordine eos censeo locandos qui blasphemo sacrilegoq; ore docere audent, si fides sola iustificat edemur ergo, edamus, bibamus, scortemur, liceamur oculis alieni thori

fœminas &c. quaſi hæc eſſent opera fidei

82 Cum potius ſic argumentandum foret, quia meam iuſtitiam gratis ex fide habeo, & non ex operibus. Quid ergo miſer retribuam domino pro omnibus quæ retribuit mihi.

83 Calicem ſalutaris accipiam, hoc eſt, crucem, paßionem, tollerantiam in aduerſis, perſecutiones, æquanimitatem, charitatẽ erga omnes, temperantiam omnia ſicut meus Chriſtus per dilectionem ſuſtinens, etiam ſi nulla lex nulla pœna, nulla retributio eſſet data ſeu poſita.

84 Quod ſi in omnibus his defecero cadamq́; ſepties in die non tamen ſpe deijciar, ſed nomen domini inuocabo.

85 Alterius ordinis homines tanto difficilius curabiles ſunt, quanto fixius eorum animis ſpecioſa hypocriſis inhæret. Nam facilius publicanus curatus eſt quàm ſpecioſus & gloria tumidus hypocrita.

86 Tanto tamen tempore quanto in teſtaceo domicilio in carne cum hominibus uiuimus & uerſamur, adniti oportet, ut non carnaliter uiuamus, ſed deo fidentes, omnia opera in proximum, propter deum dirigamus cum hæc militia noſtra ſit, qua carni reſiſtimus, quæ aduerſus ſpiritum pugnando ſemper nouum. prælium inſtaurat.

87 Obliuiſcentes eorum quæ retro ſunt & geſta per ueterem hominem ad ea quæ ante nos ſunt extendentes, quatenus indies uirtus per infirmitatem perficiatur, ut creſcere ualeamus & adoleſcamus in uirum perfectum, quod tamen non fiet, niſi in futuro ſæculo.

88 Et in hoc conſiſtit iuge ſeruitium hominis Chriſtiani qui omnium eſt ſeruus officioſißimus.

89 Eſt ergo homo chriſtianus ſeruus et liber, et qua parte liber, nihil operatur

nihil operatur, qua parte seruus, omnia operatur nõ quæ sua sunt sed dei & proximi.

90 Vnde interior homo satis abunde perspicit nusquam suã esse salutem, nusquam suã iustitiam nisi in fide, quam augeri oportet de die in diem.

91 Sed quia carne amicti necesse habemus nobis eam subijcere et in potestatem spiritus redigere, conuersando etiam cum hominibus per dilectionẽ abunde satis apparet quid operemur.

92 His bene ut par est ponderatis, facile quisq; inueniet quid operetur, considerabitq; bonorũ operũ latissimam differentiã, ut puta eorum quæ uere sunt opera bona, & quæ in speciem.

93 Immo omniũ bonorũ operum initium est ac summum quod quisq; adniti debeat, uidelicet ut carnem suumq; domesticum hostem, adeo in seruitutem redigat, ne quoquo pacto interiori homini, qui per fidẽ sciens est dei, & imago eius, aduersetur.

94 Quisquis eatenus ieiunauerit, flagris carnem adfecerit, uigilijs, laboribus, orationibus, alijsq; exercitijs honestis, quatenus corpus ac terreum Adam extenuauerit non magnopere eiusdem exercitiũ reijcimus.

95 Dũmodo hæc libere, sine præcepto, ex corde præter omnem hypocrisim passim omni tempore quando & quotiencunq; opus est fiant.

96 Non uti nunc fieri uidemus ex præscripto statis diebus ubi magis obsecundatur pontificibus, penes quos harum rerum summa pendere existimatur quã deo, cum talia ieiunia & abstinentiæ magis faciant hypocritam quàm Christianum.

97 Tandem cum terrenus Adam cœlesti fuerit subiectus, gaudet ille interior & iucundatur, tanta per fidem Christi sibi collata esse bona, nihilq; amplius negocij habet, quàm ut deo libere

per fidem

per fidem, proximo per dilectionem & charitatem propter
deum seruiat.

Pugnat itaq; totus homo contra totum hominem, unus enim 98
quæ sua sunt quærit, & repugnat legi dei, ducere'q; nititur ca
ptiuum alium hominem in legem peccati.

Alter autem condelectatur legi dei corpus'q; & crassum illũ 99
hominẽ castigat & in seruitutẽ redigit, donec cũ Christo eum
affixerit cruci & mortuũ reddidit concupiscentijs.

Id tamen caute obseruandum est ne aliquo alio fine eiusmodi 100
opera fiant quam ut caro ipsa dometur, & non ut aliqua iusti
cia in his quæratur, nam si in operibus iusticia, frustra mor-
tuus est Christus.

Impij sunt concionatores & magistri, qui opera docent ceu in 101
eis iusticia sit, quoniam hic error insuperabilis est, quem ne-
quaq̃ natura expellere potest, & tum difficilius, cum usus seu
consuetudo accesserit.

Sed docendi sunt Christiani, iuxta prudẽtis patrisfamilias in- 102
stitutionem qui de suo thesauro uetera producat & noua.

Vetera quidem idest legem, qua hominum terrentur conscien 103
tiæ. Noua idest promissiones gratiæ, & fidem, quibus iuuan
tur, consolentur, & fouentur.

Sic demum fiet, ut thorace fidei muniti, & scuto bonæ uolun 104
tatis dei coronati & in nobis ipsis, & in proximum opere-
mur bona.

Non quia opera nos iustos faciant, sed quia iusti sumus ope- 105
ramur iusta, ab arbore enim prodeunt fructus non arbor à
fructibus à quibus ipsa cognoscitur.

Inuicem seruientes nobis per charitatem, quæ semper quærit 106
quæ aliorum sunt & non quæ sua, sumus enim inuicem unius

corporis membra.

107 Alter alteri superior & subiectus, nõ quidẽ per inanẽ gloriam, aut contumeliã, sed per charitatẽ quæ est in Christo Iesu.

108 A quo Christianismi nomen accepimus, ut non nomine tantũ nos tales exhibeamus, sed re ipsa quendã nos Christum proximo præstemus uitam Christi emulando, non tantũ à Christo absente sed inhabitante Christiani nuncupamur.

109 Qui omnia nobis gratuito, libere & ex charitate dedit eam ob rem, & omnia nostra proximo gratuito, libere & per charitatem debemus.

110 Atque adeo, ut non in nobis, sed in Christo per fidem, & nõ nobis, sed proximo per charitatem uiuamus, quatenus fide feramur super omnia, charitate subter omnia subijciamur.

TIDEMANNVS GISO CVSTOS Varmiensis Leonardo Niderhoff Canonico Varmiensi & Tarbatensi. Salutem.

Quam sit difficile animum sæcularibus curis oppressum Euangelico studio accomodare si antea noui: nunq̃ tamen periculũ feci magis quàm nunc cum tibi morem gerens scholios illos, quos mihi expendendos tradideras, in manibus haberem: præsertim cum eo anni tempore id mihi euenisset, quo à mandata administratiõe uacatio nulla aut admodum modica mihi dabatur. Quod ipsum tunc quoq; ueritus cum Varmiæ mihi negotium hoc dares: illud uel non accepi, uel ita accepi: ut non nisi comminiscendo quibusdam ueluti lituris,

Iuti lituris, sensa mea indicarem magis quàm explanarem. Id igitur parans dum in cursum uela tendo, atq; littora tantum radere nec salo me cõmittere uolo, ecce uentus nolentem me in magnum pelagus rapuit, atq; tanta ui à terra longius summouit: ut neq; ipse iam tenere clauũ possem, neq; quà mihi pergendũ esset scirem. Cum uero magnũ mihi iter mensum esset neq; breuiore flexu in portum cursus pateret, quid facerem? nisi ut me eijsdem qui me abduxerant uentis darem, ei gubernacula cõmittens qui & uentis & mari imperat: quem sciebã ipsius quoq; nauis dominum esse. Ita factum est: ut dum ipse mihi non consto, lineam sim egressus ac non iam, quod tu exigebas, leuiter attigi: quæ cõmonere tantũ uolebam: sed repente etiã doctor & disputator, præter propositum, sum factus. Aspirauit fateor iam currenti mihi non parum studiũ Christianæ synceritatis: & quædam, ut dicam, pigentia istarum conflictationum: quæ plus turbationis q̃ utilitatis ecclesijs usquedum attulerunt. Et quoniam rem grauem atq; arduam geri cernebam, ueritus sum: ne, quod in magnis accidere solet, uerborum angustijs præfocarem magis sensum ueritatis, q̃ elucidarem: atq; rixam duplicarẽ magis quàm extinguerem. Non quod magnum aliquid me præstitisse existimem, sed quod meis affectionibus ianuam hanc aperire uolui, sciens ignem magnũ & è silice excuti, & iniecto fimo extingui posse: tum ne ego postremus essem qui primitias & donaria afferrem ad opus tabernaculi testimonij: si nõ uasa aurea et argentea, saltem pilos caprarum & pelles arietum. Neq; minus interim subijt mihi, in scenam non tantum amphitriones, Menelaos, Sosias, prodire: uerum etiam Doros & Moriones: quibus si non argutia, tamen simplicitas, aut etiam rusticitas gratiam nõ paruã

affert. Ita ego quoq; in ludum hunc prodeo: ne quid desit fabulæ: non gratiam ullius captans: sed animum tantum explere cupiens officio: contentus si tuo in me amori uicem rependi. Verum tuo ne animo æque meo satisfecerim mihi non constat. Nam quæ ex me summaria tantum & ueluti monitoria breuiuscula expectabas, ecce in librum creuere præter meũ quoq; ut dixi, institutum: adeo ut etiam nauseam mouere poßint. At quoniam mihi uideor magna ex parte à tua sententia, quã Varmiæ nuper mihi exponebas, non discesßisse: nolui perdere operam, quin mitterẽ ad te libellũ qualis qualis esset: quẽ posses tuo arbitratu uel perdere uel seruare. Nam quod ad me attinet, non uereor etiam agnoscere, quæ simpliciter scripsi, plus satis certus esse non mea esse, si quæ in eis bona sunt, sed eius qui donauit. Quod si quæ etiam minus Christiana uidebuntur, in his tanto inconctantius ecclesiæ maiorumq; iudicio me met concedo: quod scio tumultuarie è medijs spinis, hoc est solicitudinibus huius sæculi, rapta magis q̃ nata esse. Præsertim hoc in loco, ubi nõ minus libri mihi desunt quàm quies. Si quam igitur noxam res habet, ea non magis mea est, quàm tua: qui sarcinam hanc impotenti mihi imposuisti: tum quod tempus mihi recognoscendo operi non permittis, in liuoniam iter parans quod mihi anteuertendum utiq; fuit, ne pro una duplici purgatione apud te opus mihi post hac foret. Tu igitur ut omni ex parte boni consulas oportet. Ex arce Allenstein die ix. Decemb. Anno M. D. XXIII.

TIDEMANNI GISONIS CENTVM ET Decem assertionum, quas Autor earum Flosculos appellauit de homine interiore, & exteriore, ἀνθολογικόν.

PLacuit deo, ut hyeme transeunte, abeūte recedenteq; imbre flores apparerent in terra nostra, Flosculi praepositi nobis sunt, egrediamur in agrum dominicum. Videamus si flores hi parturiunt fructū in patientia, si spirant fragrantiā dei. Nascuntur & in spinis rosae, suaue olent, pungunt tamen. Dispiciamus flores singulos, nec conculcemus si acum manus offenderit, sed tentemus resecto aculeo gratiores tractabilioresq; facere, ut non modo ori admoueri, sed in eis etiam recumbere liceat, ut totus lectulus noster sit floridus. Fuerit autē ad compendium satis, ramos totos carpere. Quibus contemplatis, ipsi etiam singuli se flosculi quales sint explicabunt.

PRima incipit, Longe omnium maximo discrimine &c. 1
Philosophicum, sit necne parum refert ad nostras rationes. Tam etsi iuxta prophanae quoq; sapientiae rationes nihil uetet hominē diuersis modis affectū aliū atq; aliū uere esse.
Sed iusto germanoq; &c. Non recte uidentur haec duo con- 6
fundi homo interior & homo nouus. Vnde enim nouus homo nisi per Christum qui renouauit nos per lauacrū regenerationis, & mortificatos in carne sua resuscitauit in spem uiuā Col. 2.
filiorum dei, sublato ueteri chirographo mortis. Audiuimus Ioan. 3.
enim dicentē. Nisi quis renatus fuerit denuo, non potest uidere regnum dei. Si igitur dixerimus ante crucem hominem nouum, euacuamus mysterium crucis, omnia enim uetera & sub 1. Cor. 10

nube erant, nunc aũt, ut ait Paulus. Si quis in Christo est no
2. Cor. 5. ua creatura est, uetera prӕterierunt, ecce noua facio omnia.
Roma. 8. Rursus Abraham quomodo per fidem obediuit deo, ut iustus
Gene. 15. reputaretur, nisi secundum interiorem hominem? Alij sancti
Gala. 3. patriarchӕ quomodo repromißiones acceperunt? Dauid & prophetӕ quomodo cognouerunt mysteria dei, nisi secundum eundem hominẽ? De illo quoq; quẽ typũ ponimus ueteris ho
Ge. 1. et 2. minis dicit scriptura. Creauit deus hominẽ, ad similitudinem suam, an dicemus exteriorem hominẽ similitudinẽ dei portare? cum dicat Paulus. Quemadmodũ gestauimus imaginẽ ter-
1. Cor. 15. reni Adam, gestabimus & imaginem cœlestis. De exteriori aũt eadem scriptura prosequitur. Masculum & fœminã crea
Gene. 1. uit eos. Et postea. Crescite & multiplicamini, & replete terrã
Gene. 9. Nouus igitur homo non nisi interior & spiritalis est. Verum interior non idem semper nouus homo, sed etiam uetus aliquando. Quomodo igitur & hoc stabit: ut interiorẽ hominẽ consideremus tantum per fidem Iesu Christi, cum uetus homo
Optima non agnoscat Christum? Nã & si patres de potu illo spirita-
ratio. li biberunt, consequente eos petra qui est Christus: tamen hӕc
1. Cor. 10 non nisi in figura nostri facta sunt. Et illi non de suo sed de nostro spirituali biberunt. Vnde non ipsi petram sequuti sunt, sed illa ipsos comitabatur. Neq; etiam omnibus, qui secundum interiorem hominẽ ambulauerunt mysteriũ filij dei reuelatũ est. Scimus aũt quare Christus uenerit in mundum. Nempe
Ioan. 1. ut tolleret peccata mundi, & esset propiciatio pro delictis nostris apud deum. Porrò ante omne peccatum, & omne delictum & omnem fidẽ homo interior ad imaginem dei crea-
Actu. 10. tus est & fuit, & nũc quoq; in infidelibus radices & scintillas suas habet, ac sӕpe etiã operatur iusta. Cornelio enim Centurioni

turioni ex gentibus, ad huc à fide Christi alieno, quid dixit angelus? Orationes tuæ & eleemosinæ tuæ ascenderunt in memoriam in conspectu dei. Quomodo aũt ascenderunt nisi in
spiritu? quem animalis homo non habet, aut si habet, à se non 1. Cor. 2.
transmittit. Excellentiorẽ ergo gradum interior homo consequitur, cum etiã nouus fit per spiritum Christi qui in nouitatem uitæ nos reformauit, nouas creaturas deo ex mortuis. Sicut ait Paulus. Factus est primus homo Adam in animam ui- Roma. 6.
uentem, extremus Adam in spiritum uiuificantem. Videamus 1. Cor. 15.
igitur, nũ non deijciamus gloriã nouitatis nostræ, aut etiam donũ Christi obscuremus, cum integrũ illũ hominẽ cum suis potentijs, uoluntate, intellectu, sensibus &c. nouũ nuncupamus, nec diuersum quid habere ab illo ueteri dicimus, nisi q̃d ducatur spiritu dei, quasi afflatu quodam, & non per se ipse in nobis Christus regnet. Qualis igitur corporis ipse caput est? si ipsum adhuc liberum non est sed ductu adhuc alieno indiget? uitam atq; uoluntatem habens propriam. Si nouus ego adhuc in meo homine, meis potentijs, mea uoluntate, intellectu, sensibus uitam habeo, quare mortuus est Christus? an sibi tantum mortuus est & resurrexit? An non etiam meũ 1. Cor. 15.
hominẽ cum uniuersis suis potentijs uoluntate &c. cruci affixum in morte sua absorbuit, & consepeliuit? ut ipse resurgẽs simul me nouum suscitaret, qui secundum deum creatus iam non ex me uiuerem, sed in Christo, & ipse Christus in me, nõ quidem per gratiam tantum aut quasi ductu, sed uere sicut in proprio corpore & templo non manu facto aut huius crea- Heb. 9.
tionis quale est illud mortale cum suis potentijs, sed quod ipse sibi nouum condidit spirituale & æternũ. Vt iam mihi opus non sit orare. Sanctificetur nomen tuum. Quia iam sanctifi- Math. 6.
catum

citum est in me, neq; dicere. Fiat uoluntas tua, cum mea iam nulla sit. Neq; adueniat regnum tuũ, cum iam regnet in me Christus. An putamus Paulum adulari, & parasitari uolu-
Gala.2. isse Christo, & gloriam ei falsam dare? Cum dixit. Viuo igitur iam non ego, sed uiuit in me Christus. Nunquid mendatio
Colo.3. nostro indiget deus? Vere enim & hoc dixit. Vita nostra abscondita est cum Christo in deo, cum ergo apparuerit uita uestra, tunc & uos apparebitis cum ipso in gloria. Igitur nõ extincta, sed abscondita est gloria nostra in eo qui est uita nostra Atq; interim ille noster nouus homo peregrinatur, ueluti inglorius à domino, in hoc mortali corpore, non quidem tanquã in proprio domicilio habitans, neq; per ipsum uiuẽs, sed quasi incola in carcere detestans omnia quæ humana sunt, atq; ipsum integrũ hominẽ cũ omnibus quæ ei adiacent pro
Phlip.3. stercore reputans. Nam conuersatio eius in cœlis est, ut ait
Roma.7. Paulus. Vnde illa ipsius uox est. Infelix ego, quis me liberabit
Psal.109. de corpore mortis huius. Et Psal. Heu mihi quia incolatus meus prolongatus est. Igitur si nouo homini aliquid tribuimus quod extra Christum est, utriusq; gloriæ derogamus.
S Exterior autẽ &c. Cum dicat nullo pacto quæ dei sunt cognoscere potest, intelligo ut amplectatur & diligat, quod cognouit. Nam per sublimitatẽ rationis cognoscere potest. Vt
Ad Ro.1. ad Ro. scribens Paulus, differit de ijs qui ueritatẽ dei in iniustitia detinent. Nam id, inquit, quod de deo cognosci potest, manifestum est in illis. Siquidem quæ sunt inuisibilia illius ex creatione mundi dum per opera intelliguntur peruidentur, ipsáq; eius æterna potentia & diuinitas, in hoc ut sint inexcusabiles, propterea, quod cũ deum cognouerunt, non ut deũ
Roma.2. glorificauerunt, & postea. Tu Iudeus acquiescis in lege, &

gloriaris in deo & nosti uoluntatē & probas eximia &c.
Cui sicut nullum &c. Non intelligo quo pacto hic tanq̄ pu- 11
gnantia conferantur, externū opus bonum, & malum exter-
num, hoc est aduersa huius mundi, quibus tanto melius fu-
issent prospera cominus posita, quod hæc iustum, bonū, aut
liberum minime omniū faciunt. Qualia sunt diuitiæ, forma, ho
nores, & id genus illecebrarum. Operi aūt bono malū opus,
hoc est peccatum, cū è diametro aduersetur, diuersis etiā effe
ctibus ut agnoscantur necesse est. Si igitur peccatū omnē liber Ioan. 8.
tatem tollit, & uere seruum faciat operantem, quomodo opus
bonū nihil conferet ad ipsam libertatē uel iustiaā? saltem ut
promoueat eam. Si aūt nihil confert, quomodo Christus sepa
raturus iustos ab impijs, dicet? Venite benedicti, esuriui & de
bastis me. Aut quomodo iniustos damnabit? quoniam nudus Math. 25.
fui, & non uestistis me. Deinde quæ opera uere bona, pia, san
cta sunt, nunquid externa dicemus? quemadmodū oratio, an
est labiorū agitatio, aut genu flexio, & non potius opus spi-
ritus? Eleemosina, nūquid in ipsa largitione, cibo, aut uestimen
to sita est, & non potius in charitate, quæ fructus spiritus est?
Siquidem ea semota ille exterior apparatus, nec eleemosina, Gal. 5.
nec opus bonum est, Sic cibus & esus peccatum nō est, sed iu
dicium propriæ conscientiæ, & offendiculum alienæ, & ex- 1. Cor. 8.
cessus mandatorū dei peccatorem me facit. Spiritus aūt nō nisi Gala. 5.
spiritualia operatur, uel bona uel mala, quæ & fructus eius
sunt, ut iustitia, pax &c. uel illis contraria, impietas, ira, &c.
Non ergo temere de operibus loquendum est, qua si alienis
ab omni iustitia dei. Sed de his postea occasio melior.
Nihil itaq; libertatis Christianæ &c. Fateor, sed ó homo qua 13
potestate iudicas alienam conscientiā, ut hypocritas clames? Tu Roma. 2.

 fortassis

Lucæ. 8. fortaßis cum publicano iustificatus, & misericordiam consecutus, si ex tuis factis pharisæum iudicas, an nō periculosior est
1. Cor. 10 hypocrisis tua quàm illius fuerat? Fortasse enim te cadente ille stabit. An non domum tuam iam scopis mundatam pro uno
Lucæ. 11. octo dæmones ingreßi, posteriora tua peiora facient prioribus? Quis melior est aut iustior, is qui ueste atra aut candida
Ro. 14. indutus est? an qui fratrem iudicas? Certum est te reum esse factum cogitationū tuarū, qui seruū alienum condemnas. Ille aūt quem tu prosternis, fortasse stat domino suo. Potest enim fieri, ut in simplicitate cordis syncæriter, & atra hypocrisim ueste
1. Reg. 6. illam gestet quemadmodū Dauid nudus ante archam domini mimum agens, & ex rege saltator factus insultanti uxori respōdit. Ludam ante dominū, & uilior fiam plus quàm factus sum & ero humilis in oculis meis, & cum ancillis gloriosior apparebo. Quis scit num & ipse quē tu hypocritam uocas in ueste illa corā domino uel humiliauerit se, uel in gaudio spiritus exultās festiuior apparere desiderat in oculis domini sui,
Psal. 103. cui soli honorem illum defert dicens. Cantabo domino in uita mea psallam deo meo q̄ diu sum. Iucundū sit & eloquiū meū,
Apoca. 5. ego uero delectabor in domino. Quales & illi uiginti quatuor seniores describuntur, qui stolati cytharas & phialas aureas tenentes, coronas suas ante thronum dei abiecerūt, canentes canticū deo, Quoniā uero semel hanc disputationē ingreßi sumus, prosequamur, si forte dominus dabit, ut simul & cætera quæ ad cæremonias, sacrorū ritus, delectum uestiū, atq; alia id genus pertinent, explanare poßimus ne opus sit in singulis renouare operā. In cōfesso est, dona omnia quæ largitus est nobis deus per filiū suum spiritualia esse, neq; illum exigere à nobis nisi fidem, cultum dilectionis, & spiritualia obsequia.

sequia. Quapropter & fide stamus, spiritu ambulamus, & operamur per charitatem in ijs quae dei sunt. Atq; adeo in his tantum iustiâa nostra est apud deum in Christo. Inde & ueri adoratores appellamur, qui adoramus in spiritu patrē, abolita ueteri hostia offerimus spirituales hostias acceptabiles deo per Iesum Christum, ut in epistola sua Petrus ait. Verū dum agnoscimus superaffluentem gratiam dei in nobis, illis non contenti caetera quoq; quae in nobis sunt, etiam carnem ipsam & temporalia nostra per feruorem spiritus & dilectionis cogimus seruire domino dicentes. Benedic anima mea domino, & omnia quae intra me sunt nomini sancto eius, non q, haec necessaria sint, aut per se proficua ad nostram iustiâā, aut quod his delectetur deus, sed quod amor temperare nesciens suppeditat ad obsequelā sui quaecūq; sibi adsunt, quēadmodum Abraham uenientibus ad se angelis subcinerićos panes & uitulum tenerrimū coxit, & si sciret eos quos adorauerat his nō indigere. Ita Christianus homo nō cōtentus in spiritu orare, psallere, & laudare deū, offert etiā aliam hostiā laudis, hoc est, fructum labiorum confitentium nomini eius, atq; subinde genua flectit, uoce & oculis dominū in coelis habitantem sequitur, interim etiā melodiam addit hymnos angelorū exemplo concinit, ministerium suū adornat exteriore nitore, festos dies: Christi mysterijs & muneribus glorificandis, etiā exteriore cultu agit, atq; in his tota mente, & spiritu exultat, non quidem suam, sed dei gloriam quaerens & in omnibus gratias agens. Haec obsequia è pia atq; syncera mente profecta, nunquid credimus à deo repelli? qui simplicium cordium est habitator? An non morem hūc prima etiā ecclesiae infantia intulit? tanto à carnis contagijs purior quāto innocentior. Nam

Ad.Ga.5.
Ioan. 4.
1.Pet.2.
Psal. 102.
Gene. 18.
Heb. 13.

 tior. Nam

Capi. 1. tior. Nam & Ioannes in Apocalypsi de dominico die meminit, & Iacobus olei inunctionẽ instituit, quam & discipulos
Iacob. 5. Christi obseruasse apud Marcũ legimus, & ciborum obsoniorumq; benedictiones autoritate non carent Paulo dicente ad
Capi. 4. Timo. Epistola priore. Quicquid creauit deus bonũ est, & nihil reijciendum si cũ gratiarũ actione sumatur. Sanctificatur enim per sermonẽ dei ac precationem, de his si non cõmonefeceris fratres bonus eris minister. Et de canticis idem Corin-
1. Cor. 14. thijs scribens. Quoties, inquit, cõuenitis, unusquisq; uestrum
ibidem. canticũ habet, doctrinam habet &c. Et paulo ante. Si orem lingua, spiritus meus orat, at mens mea fructu uacat. Quid igitur est? orabo spiritu, hoc est uocis organo, orabo & mente, canam spiritu, sed canã & mente, quem ritũ tantum abest ab Apostolis reprehensum fuisse, ut etiam hortentur frequentari ipsum in ecclesijs, non tantum ad dei laudem propagandam, sed etiã ad edificationẽ. Vt in eodem loco Paulus longo
Capi. 3. sermone disserit. Et ad Collos. Docete, inquit, & cõmonete uos inuicem canticis & laudibus & cantilenis spiritualibus, cum gratia canentes in corde uestro domino. Spiritualibus dicit, non quæ in spiritu absq; uoce canuntur, nã quomodo his docebimur & cõmonebimur inuicem? sed quæ spiritum dei habent, quales sunt Psalmi & cantica, quæ nostra etiã ætate in ecclesijs decantantur, quales & Corinthios ecclesijs intulisse meminimus, secundum dei donũ à se confectos. Quæ res, quoniam ad fideliũ excitandam & retinendam pietatem non parum profecisse uisa est, placuit patribus eam etiam constitutionibus & ordine dato firmare, quod ne à Pauli quidem sensu uidetur discrepare, qui simile quiddam in Corinthiorum ecclesia instituit, ita concludens. Omnia decenter & secundũ ordinem

ordinem fiant. Quod tanti Apostoli præceptũ si & nos in 1. Cor. 14.
ijs rebus obseruauerimus, hoc est, Si ad indecorum & uanũ
aliquem ritum delapsi non fuerimus. Si grauitatem Euange-
licam fabularum nenijs non miscuerimus, si psalmodiam tha-
laßione non commutauerimus. Si nõ tumultuarie & ad cuius-
uis libidinem, sed pro dignitate negocij rem gesserimus, non
statuentes uidelicet idola in dei templo, nec cauponationes &
nundinationes ex dei cultu faciẽtes. Si hæc nobis, nec ad regnũ
dei nec ad iusticiam prorsus necessaria existimauerimus. Si in
simplicitate cordis ad pietatem & dei honorem non ad nostrã
gloriam aut utilitatem omnia retulerimus. Si obsequium hoc Roma. 12
nostrum rationabile fecerimus, secundũ scientiam omnia agen-
tes, & credentes etiam sine his ritibus ecclesiæ sacra & no-
strum ministeriũ peragi posse. Si ecclesiæ & maiorum ordi
nationes reuerenter tenuerimus tanq̃ ex dei præcepto, uitan-
tes offendiculum, si ab ecclesiæ cõsuetudine discederemus. Si so
la gratia dei nos iustificari & saluos fieri crediderimus, de
nostris operibus, maxime uero in his externis cæremonijs ni
hil fidentes: cur non licebit nobis bona conscientia & sine dei
aut euangelij iniuria septenis horis præscriptas preces & dei
laudes pronunciare aut etiam concinere? Pascha, Pentecosten,
atq; alios huiusmodi dies obseruabiles habere? In pulla candi-
da, rubra aut etiam aurea ueste pro dierum officiorumq; ra-
tione ac etiam præstitutis uerbis, spiritum dei habentibus, be-
nedictiones, missas & alia ecclesiæ sacra celebrare? Statis die-
bus ieiunare, atq; alia id genus facere? De quibus & Paulus
uidetur loquutus, docens Timotheum epistola priore quid in 1. Thi. 4.
his obseruandum, quid uitandũ sit Prophanas inquit, & ani
les fabulas reijce, quin potius exerce temetipsum ad pietatem.

Nam corporalis exercitatio paululū habet utilitatis. At pietas ad omnia utilis est. Oportet igitur omnia illa non uanitatis sed pietatis exercitia esse. Proinde & omnes ecclesiæ non illaudato usu ea recepere, tanq̃ puræ religionis non modica incitamenta, quibus rudes Christiani prouocandi, atq; ad maiora
Ad Gal. 5 trahendi essent. At qui scientiam dei habent & iuste uiuunt, his nihil est præscriptū, sed libertas eorū in Christo est, nullius iudicio subiecta Paulo teste. Verum propter conscientiam eorum qui infirmi sunt, nō statim in libertatem illā se uendicabunt, abiecto usu adeo in ecclesijs omnibus inolito, ut multi in eo recūbant & penè toti ex eo pendeant, adeo impotentes, ut alijs greßibus eleuare mentem ad deū non ualeant. Illorum quispiam, si uiderit te qui scientiā habes in quadragesima
1. Cor. 8. carnes uorantē, aut corpus & sanguinē domini in ueste prophana consecrantem, nūquid perutitur eius conscientia pro-
ad Ro. 14 pter tuam scientiā, & perdis fratrem pro quo Christus mor-
Ad Col. 3 tuus est? ut Paulus ait. Tu uero, quid iudicas eū ex facto, quod non modo absq; peccato, sed etiam ad dei gloriā fieri potest, & omniū ecclesiarum consuetudine iuuatur, atq; ideo offendiculū nullū habet? Si tuā simulationē periculosam existimas,
1. Cor. 8. cur non magis periculosum uides fratris offendiculū, imò & damnationē. Paulus sciens Idolum nihil esse, simulacrū nihil esse, sacrificiū nihil esse, tamē propter conscientiam fratris qui
Actu. 15. credit ab immolatis abstinendū, carnem nō manducat in æternum. Idem sciens abolitā esse circūcisionem, tamen Timotheū
Ad Ro. gentilem circūcidit propter Iudeos. Eundem qui infirmis in-
1. Cor. 9. firmus, Iudeis Iudeus, Græcis Græcus, insipiētibus insipiens, sapiētibus sapiens, omnibus est omnia, quid putamus facturū fuisse, si in nostra secula incidisset? An non nobiscum in rubeis

celebrantibus

celebrantibus rubeus fuisset, in aureis aureus, in candidis can
didus? nūquid docuisset nos, si in rubeis, benedictus deus, siue
in candidis, exaltetur deus, siue in Parasceue, siue in Pentecoste,
tantū in domino, siue in Matutinis, siue in Vesperis, omnia
ad dei gloriā, omnia in nomine Christi, omnia ad aedificationē Ad Col. 3
lac nobis potū dedisset, nō escam donec adoleuerimus in domino,
& didicerimus his melioribus hostijs placare deum.
Nūc uero ubi tumultu & seditione, ac ueluti repentina tempe
state omnia gerūtur, quis aedificatur? quis melior efficiatur? nūquid
Christi gloria exaltatur? nūquid incrementum capiunt
spiritualia dona? alia ne res agitur q̄ quod cachinnis maledictis
contentionibus ac ludicris omnia confunduntur? libertas
Christiana in licentiā quiduis agendi uertitur, obedientia abit
in rebellionē etiā ijs nolētibus, qui autores sunt huius tragoediae,
nondū irā dei agnoscimus? qui nos permittit uolūtati desideriorū
nostrorū ut dū omni iugo excusso, Christū ducē facimus
effrenis libertatis nostrae, in maiorē seruitutē prolabamur,
ac magis prophani facti simus, prouocantes spiritū dei,
& charitatē omnē abijcientes. Charitas enim omnia sustinet,
nō irritatur, nō cogitat malū. Videmus aūt q̄ nihil in bonū hic 1. Cor. 13.
uertatur. Negari nō potest multa abijsse in superstitionē & re
probū usum in ecclesia, sed expectandū erat messis tēpus, ne
dū eradicamus zizania, cōculcemus simul & triticū. Est igitur Math. 13.
triticū adhuc, quod nec ipsum isti iā colligūt, mox in ignē
conijciunt. Si adeo nos ad spiritualia reuocant ut nullas caerimonias,
nulla exemplaria spiritualiū, nullū deniq; externum
cultum aut ornatum in ecclesia admittant, cur nō etiam discipu
los Christi deridem super instratum uestimētis asellam domi- Math. 21.
num imponentes aut ipsam plebem ramis palmarum & ue-

 stimentorum

stimentorum molliciae pauimentũ ingredienti domino struen-
Ioan. 9. tem? Cur non & ipsum Christum reprehendunt lutum facien
Lucae. 18. tem, & oculis caeci illinientem, aut pueris manus imponentem
Lucae. 22. prolapsum in faciem, positisq; genibus aut eleuatis in coelum
Mar. 8. oculis: clara uoce orantem, uel panes benedicentem? Nunquid
Actu. 20. Paulus potuit sicut Petrus apprehensa manu mortuũ adole-
Ibidem. 9 scentem suscitare? Rideamus ergo & ipsum exemplo Heliae
3. Reg. 17 super corpus incubantem, & illius animam non nisi amplexu
Math. 28 ab inferis reuocantẽ. An nullius est momenti, angelos apud se
Ioan. 20. pulchrum mulieribus, uel si eae parũ graues ducuntur, ipsis
etiã apostolis iam scripturas noscentibus in ueste candida ap-
Actu. 2. paruisse? ac ipsum spiritũ sanctũ in figura linguarũ aposto-
ĩsedisse. Si adeo friuola est nostra deuotio, qua Chrõ etiã tẽpo
ralia obsequia reddimus, stulta fuit et ꝓphana imò & sacri-
Ioan. 12. lega illa domini aliptis Maria. Quid enim magis alienum à
Christi instituto & dignitate, aut quid maiestati eius magis
contumeliosum esse potuit quàm ut odoratis pigmentis atq;
unguẽtis praeciosis, quae luxus sunt instrumenta, perfundere-
tur? Vnde fortasse non iniuria discipulos eidem, ueluti ex suae
Math. 26 uitae consuetudine domini mores metienti indignatos legimus,
tamen ipse dominus tam nõ repulit illam, in caput suum fra-
ctum alabastrum effundẽtem, quã etiam patroni officio usus,
non modo Apostolos obiurgantes compescuit, sed illam etiam
collaudatam defendit, causam facto praetexens, quam ne cogi-
tauerat quidem ipsa, tantũ abest ut reprehenderit. Igitur fa-
ctum per se indecorum & infame amor atq; simplicitas men
tis, quae delicijs assueta maius non inuenit obsequium, adeo
nobilitauit, atq; gratũ Christo effecit, ut propterea uideatur
Ioan. 12. scriptura subiecisse, & repleta est domus ex odore unguenti,
constans

constans uidelicet ea quæ ex corde simplici & uera dilectione proficiscuntur boni nominis fragrantiam ubiq; diffundere, ac esse hostias acceptabiles in odorem suauitatis deo. Cũ itaq; pari affectione cereolum flagrantem imagini crucis figo, cum nitida linteola corpori & sanguini domini exhibeo, cum dei laudes canticis resono, cum meum ministeriũ exteriori pompa exorno, cum dies, quibus Christi mysteria recoluntur celebres ago, quid aliud facio, quàm quod corpus domini unguẽtis delinio, ac uestigijs domini uirentes ramos atq; uestimenta substerno. Nunquid & usus & mens humana horret, si uideat quempiam corpus dominicũ sordido panno inuoluere? Aliũ uero commendat candidis tenijs reuerenter illud recondentẽ, & in decoro calice sanguinẽ domini consecrantem, magis quã qui in squallenti. At in his neq; consuetudinem ecclesiarum illi recipiunt, omnia ad Apostolorũ Christi & nascentis ecclesiæ usum exigentes. Si igitur apostolorũ præceptis & ritibus ad amußim obsecundare nos uolunt: cur etiam non compellunt uiros omnes non nisi tonsa coma in ecclesia stare? quod adeo inunctanter Corinthijs Paulus præcepit, ut affirmet etiam 1. Cor. 11 natura probro esse uiro comatũ esse. Usq; adeo hic mos ubiq; inoleuerat, quem hodie quoq; ex statuis antiquis: priscorũq; stemmatibus agnoscere licet. At nostro seculo grauibus uiris indecorum & fœdum id esset per Germaniam. Quare igitur & huic ueterum consuetudini aut potius præcepto non concedunt & eiusmodi alijs multis? Porrò si tantæ autoritatis apostolus, aduersus contendentes Corinthios consuetudine ecclesiarum se tuetur. Ita scribens epistola priore. Si quis uidetur contentiosus esse nos huiusmodi consuetudinem non habemus Ut supra neq; ecclesiæ dei. Cur idem nobis magis non licet? Habent

 igitur

igitur rudes & infirmi magnum tutamem excusationis simplicitatis suae, habent & ij qui scientia praediti libertatem suã defendunt, argumentũ & prohibitionẽ claram, ne illorum conscientiã sugillantes perturbent, sed lente & suauiter ad altiora prouehãt, à terrenis ad coelestia eos submouentes, Christi exemplo, qui mulierẽ coelestibus mysterijs nõ imbutã, sed ipsum dominũ secundũ carnis substantiã tantũmodo honorãtem, sublato clamore, Beatus uenter qui te portauit, & ubera quae su-
Lucae. 11. xisti, non protinus fastidiuit aut repulit, sed interim eius infirmitati condescendens ad sublimiora dona iter ostendit, ut sancti Euangelij lectio prosequitur. Imitemur uel nobilem illam, nõ minus prudẽtia q̃ sanctitate claram puellam Caeciliam, quae Valeriano sponso, feroci iuueni in idolorum cultu enutrito, ipso nuptiarũ die quanto circũflexu, quãtis ambagibus, quãta argutia, quod uoluit suadebat, angelũ uelut prophanũ sui amatorẽ causata, & regenerationis lauacrũ in superstitiosae purificationis fontem interim transformans, ut sensim eũ ad angeli uisionẽ, fidei uerbũ, magistri disciplinã, uiui fontis gratiã, ac demũ uerã pietatẽ perduceret. Quapropter senior ille spiritu dei plenus recte ad dominum orauit. Domine seminator casti consilij, suscipe seminũ fructus, quos in Caecilia seminasti. Sunt igitur interdũ haec terrena coelestiũ, exteriora interiorũ, secularia spiritualiũ, temporalia aeternorum semina, coope-
Math. 3. rante gratia dei atq; ideo non contemnenda. Potens est enim
Eodem. 5 deus etiam ex lapidibus istis suscitare filios Abrahae, ut bapti-
23 sta ille ait. Ipse quoq; Christus dominus, quãuis aboleri legẽ uoluit, tamen Iudeos docuit. Supra cathedram Moseos sederũt scribae & pharisaei, quaecũq; dicunt uobis facite &c. Quanta etiam integritate ipse legem seruauerit, ut eam paulatim & absq; tumultu

absq; tumultu in sublimiora instituta mutaret, hystoria Euan
gelij nobis manifestat.
Neq; item prophanæ &c. Quomodo ergo scribit ad Tessal. 14
Apostolus. Abstinete ob omni specie mali. Quid enĩ mihi pro- 1.epi.c.5
dest, si ego bonus sum, dum ex conuersatione mea frater offen
ditur? nũquid libertas mea stabit reatum habens?
Et ut in summa dicamus &c. Non accipio quid dicat hoc, cõ 15
tra legem dei. Potest enim fieri ut legem obseruans peccem, ut
si cum uxore mea concumbam existimans me cum adultera cõ-
misceri, peccatũ est, quia quicquid ex fide non est, peccatũ est,
ut ad Roma. Paulus ait. Rursus fieri potest, ut legem trans- Capi.14.
gressus non peccem, ut si cum adultera polluar existimans me
uxori amorem rependere. Item uerbũ Pauli est, omnia mihi 1.Cor.10
licent, sed nõ omnia conducũt, omnia mihi licẽt, sed nõ omnia
ædificant. Ergo si ea quæ non conducunt fecero, ut si participẽ
de immolatis itẽ si ex meo facto frater offendiculũ patitur, etiã
si per legẽ dei ea mihi facere liceat, nũqd manet libertas mea?
nõ puto. Ergo uel simpliciter de peccato dicendum fuerat, uel
de lege intelligendũ est, quæ scripta est in cordibus nostris. Roma.14
Quo si caruerit &c. Quid dicamus de ijs ad quos non per- 17
uenit uerbũ de quibus ita loquitur Paulus ad Ro. secun ca. Cũ
gentes quæ legem non habent natura quæ legis sunt fecerint,
eæ legem nõ habentes sibijpsis sunt lex, qui ostendunt opus le
gis scriptum in cordibus suis, simul attestante illorum consci-
entia, & cogitationibus inter se accusantibus aut etiam excu-
santibus in eo die, cum iudicabit deus occulta hominum. Horũ
igitur iustitia nulla ne est? cũ in hoc præmittat Paulus. Non Ad.Ro.2
qui audiunt legem iusti sunt apud deum, sed qui legem factis
exprimunt iusti habentur. Si igitur iustitia, cur non & præ-
mium

mium? Si ſub teſtimonio conſcientiæ coram iudice ſtabunt, nũ-
quid iuxta conſcientiam iudicabuntur? hic nodus.
15 Hoc autem uerbum &c. Non utiq; uerbum eſt fides, ſed fi-
Roma.10 des ex auditu, auditus per uerbum. Igitur & fides per uerbũ.
Ita & omnis libertas & ſalus per Euangelij uerbũ fide con-
ceptum ſeu apprehenſum. Magna res Euangelium, ſed quod
eſt iſtud Euangelium? nunquid hiſtoria illa de Chriſto incar-
nato, paſſo, reſuſcitato, prædicante, præcepta & uirtutes æden
te, in cœlos euolante, quam quatuor Euangeliſtæ ſingulis li-
bris nobis tradidere? An etiam ipſa præcepta & geſtarum
rerũ myſteria Euangeliũ ſunt? Vulgo cum interrogo. Credis
Euãgelio? nemo aliud intelligit q̃ qđ à quatuor Euãgeliſtis con-
ſcriptum eſt, & dicit. Credo. Ideo & ei tantum cũ recitatur
aſſurgimus, thura adolemus, libros quoq; & ipſas literas
prælatis candelis oſculamur. Ad Pauli & Petri epiſtolas, ac
alia apoſtolorum acta, & præcepta ſedentes, & oſcitantes.
Ezechi.1 Quapropter & illos quatuor animalium figuris ex Ezechi
Apo.4. ele in Apocalypſim tranſlatis deſignari totius orbis eccleſiæ
accipiunt. His igitur certiſſimã fidem haberi oportere, abſit,
ut diffiteamur, atq; adeo negare non poſſumus eccleſiarum
uſum atq; humanas conſtitutiones, à Chriſtiana inſtitutione pe
nitus remouendas non eſſe, eæ enim, alijs reprobatis, hos ſele-
ctos eccleſijs tradidere, quod ſi tãta in re in qua omnis liber-
tas & ſalus noſtra uerſatur, tantũ ius & autoritatem homi-
num decretis tribuimus, quid magnũ eſt id in minoribus ad-
Apo.5. mittere, ſi uſus & diſciplina poſtulet? At nunquid putamus
myſterio uacare, quod illa ipſa quatuor animalia, agno, qui
acceptũ à ſedente in throno librum & eius ſeptem ſignacula
ſolus aperire potuit, dum ſigilla reſeraret, non in omnibus
ſeptem

septem sigillis, sed tantum in quatuor ministrauerũt. Nec uniuersum, sed singuli in singulis, dicentes Ioanni. Veni & uide: Apoca.6.
Restabant igitur & alia tria, quorũ etiã uidit Ioannes mysteria, sed non ipsis indicantibus animalibus. Quid liber iste eiusq; apertio aliud significat, quàm reuelationem gratiæ Euãgelij per Christum? Si igitur Ioannes in uisione typũ ecclesiæ gessit, ipsa potiorem Euangelicæ ueritatis partem in his iiij. libris accepit. Sed in eis non est alligatũ uerbum Euãgelij. Vi- Sparsim
deamus ipsos Euangelistas: quoties scribunt Iesum in templo, in Euan.
in synagogis, per ciuitates Galileæ docuisse, languores curasse & alias uirtutes fecisse? quæ qualia sint non explicant, ut & Ioannes in calce Euangelij sui illorum magnitudinem schemate adumbrare uolens. Multa, inquit, sunt alia, quæ fecit Iesus, Ioan.21.
quæ si scribantur per singula: nec ipse, ut opinor, mundus caperet eos qui scriberentur libros: Ea dicemus Euangelium non fuisse? Atq; utinam literis mandata essent, quanto ditiores essemus cœlestibus institutis? Deinde apostolorum epistolæ tantis diuitijs spiritalis gratiæ affluentes, aliæ quoq; canonicæ scripturæ quas ecclesiæ receperunt, an non Euangelium sunt? Cum ea quæ in eis præcepta sunt, etiam iuris diuini esse, Ad Ro.
fere pro confesso habeatur. Paulũ, quoties Euangelij à se præ- Ad Gal.
dicati meminit, non potest sagax lector ad illas quatuor Euan- Ad Cor.
geliorum angustias trahere. Quin ex eodem colligimus Euangelium non in uerbo tantum, sed etiam factis & spiritu constare. Ait enim ad Thessalo. scribens. Euangelium nostrũ 1.Tessa.1
fuit ad uos, non per sermonem solum, uerum etiã per uirtutẽ & spiritum sanctũ. Et alibi, uincula sua uincula Euangelij appellat, quasi & ipsa eius gloriam prædicarent. Quod si intra angustias Euangelij uerbũ concludere uolumus, contenti,

ut sine

ut sine magno negocio inter filios dei cōputemur, quid adhuc alia audimus? sufficiet nobis unum Ioannis Apostoli uerbum.
1.Ioan. 4. Quisquis confessus fuerit, quod Iesus est filius dei, deus in eo manet & ipse in deo. Item omnis qui credit Iesum esse Chri
1.Ioan. 5. stum ex deo natus est. Igitur Euangelium uere appellamus, quicquid de Christi sacramentis & doctrinis, deq; humani generis restauratione per ipsum, & uitæ æternæ glorificatione per gratiā in fide eiusdem dicitur, geritur, aut cogitatur. Nā totum hoc nouum testamentum est. Quapropter quæ mere carnalia Christi sunt, participationem cum Euangelio nō ha
Math. 12 bent. Vnde nec matrem nec fratres appellari uoluit, cum in
Mar. 3. Euangelij negotio uersaretur. Quæ est, inquiens, mater mea
Lucæ. 8. qui frates mei? &c. Et Paulus ad Corinth. Etiam si cognoui
2.Cor. 5. mus Christum secundū carnem, nunc tamen nō amplius nouimus. Itaq; quatuor Euangelijs firmiter adherere oportet, sed non in his solum uiuit homo, sed in omni uerbo quod procedit de ore dei.

20 Huius notitia &c. Imò & per reuelationem. Sicut Petro filiū
Math. 16 dei confitenti ait dominus. Caro & sanguis non reuelauit tibi, sed pater meus qui in coelis est. Et Apostolis omnibus. Cū
Ioan. 14. uenerit, inquit, spiritus quem mittet uobis pater in nomine
Ad Ga. 1 meo, ille uos docebit omnia. Item Paulus. Notum uobis facio, quod Euangeliū, quod euangelizaui uobis, nō ex homine neq; per hominem didici, sed per reuelationē Iesu Christi. Cæterū, cum confitemur & credimus Christum passum, mortuū, suscitatū, secundū scripturas, certe & ipsæ scripturæ magna pars sunt Euangelij, & in ipsis consolationē habemus, dicēte Paulo
ad Ro. 15 Quæcūq; præscripta sunt, ad nostram doctrinā præscripta sunt, ut per patientiā & consolationē scripturarū spem habeamus. Nec

beamus. Nec certe sine mysterio est. Quod cũ domino gloria transfigurato Moses & Helias apparuerũt. Quippe ut ue- Math. 17.
tus testamentũ nouo adminicularetur. Quod uero hoc loco de præceptis & concilijs memoratur, planè indicat eũ non uelle, nouũ testamentũ dicã, nisi quatuor Euãgelistarũ libros. Cætera enim plena sunt concilijs quod quale sit, iam iudicium meum aperui, dei spiritui omnia committens. Negari aũt non potest in ipsis quoq; Euangelijs multa esse per Christũ consilij modo dicta, quale hoc est, facite uobis amicos de mammona ini- Lucæ. 16.
quitatis. Nã ipse hoc prudentiæ, non necessitati imputat dicens. Filij huius seculi prudẽtiores sunt filijs lucis. Itẽ illud de ijs qui Ibidem.
se ipsos castrauerunt, qui potest capere capiat. Quid aũt uetat Math. 19
multis nominibus distingui Euãgelia, qs enĩ ꝓhibet, etiã in miracula & doctrinas parabolas & apertos sensus distingui. Sicut decalogus &c. Si sine delectu: quomodo ipse dominus re 22
atus separauit, iudicij, concilij, & gehenne ignis? Præcepit do Math. 5.
minus, ne multiloqui simus orantes. Si igitur in oratione mea Math. 6.
uerba multiplicauero, nũquid æternã damnationẽ mihi consciscã? Discipulos iubet petere patrẽ in nomine suo. Igitur non Ioan. 16.
petentes damnati sunt? Cæcis à se sanatis interminatus est, ne cui dicerent, illi abeuntes diuulgauerũt famam eius in tota Math. 9.
terra illa, ergo iudicium damnationis inciderunt? Feliciores si cæci mansissent, atq; eiusmodi inuenies plurima.
Hinc est quod homo &c. Et qui in charitate dei ambulat, non 23
utiq; uidẽtur impossibilia, sed sicut ipse Christus uere dixt. Iu- Math. 11.
gũ meũ suaue est, et onus meũ leue. Et Paulus ait, Fidelis deus qui non tentat uos ultra q̃ potestis, imò facit ex tentatione & prouentũ. Quomodo igitur nobis proponũtur impossibilia? 1. Cor. 10
Verum quidẽ secundũ hominẽ impossibilia sunt absq; gratia dei. At

tia dei. At ad eum modum non solū Christi præcepta, sed omnia nobis sunt impoßibilia, adeo ut Paulo teste, ne cogitare
2.Cor.3. quidem ex nobis aliquid ualeamus. Et hæc est sancta desperatio, si impoßibilitatem non ex difficultate præceptorum, sed ex nostra uilitate metierimus, gloriam in omnibus dantes deo in quo omnia poßumus.

27 Planè igitur errat &c. Omnibus, ait, operibus semotis, fides iustificat. Credo maligni spiritus super bonum semen domini zizania seminantis machinatione euenisse ut in tantam emulationē inuicē uenerit fides & opera, duo ornamēta, quibus corpus Christi maxime illustratur. Hæc iam in primitijs nascentis ecclesiæ, quasi rudimenta huius mali inimicus ille sa
Ad Ro.4 tor in agrū domini iactauit, dū Paulus fidem extollēs opera
Ad. Ga.2 obscurauit, contra Iacobus operibus palmam tribuit, fidem
Iaco.2. uacantem enecans. Summi uterq; duces, sub unis signis Christi concordi militia pari uirtute, aduersus eundem hostem, armis uotisq; non dißidentibus, in acìem progreßi. At hostis natura uersipellis & ubiq; lubricus, non ferens tanta pugnantiū fulmina quin cadendum sibi sit, technā hanc in milites furtim proijcit, ducum discordiam suadet, ut militum quoq; studijs in diuersum raptis, ipse se languescenti prælio interim subducat, ac subinde conflictantes inter se aduersarios, neq; ipsorum ducum imperio iam parentes opprimat etiam. Ecce quanta digladiatione in ecclesia dei alter opera defendit, Iacobum magistrum adsciscens alter Paulum antesignanum ostentans, fidem è tenebris in lucem asserit atq; in culmine statuit, operibus in exilium relegatis. Ille operibus prætextū affert, potestatem clauium, thesaurum ecclesiæ, sanctorum merita, sacrificij uirtutem, constitutiones patrum, obedientiæ neceßitatem. Atq;

tem, atq; alia id genus, quæ quoniã auaritiæ & luxui quorũdã, bonũ prouentũ suppeditare, iã non tã ipsa opera ex fidei & charitatis radice nata, quã illa ueluti temporalium commodorũ, & ambitionis uenabulã plus fortasse nimio, & pertinacia maiore, quàm Christianã pietatem decet: defendit, atq; ex eis totus pendet fide neglecta, & charitate ablegata. Unde plerũq; in periculosam hypocrisim uanas superstitiones, sacrilegia, & blasphemiam defluit, hominũ deliramentis magis, q̃ dei ueritati incumbens, ac sua tantũ, & non quæ dei sunt inquirens. Alter uero, quasi coniuratione quadã facta, & odio bonorũ operũ fidem in fastigiũ ita leuat, ut deo nihil amplius ad nostram iustificationẽ relinquat, ac interim fidei nomine tumidus magis, quàm fœcundus, requietus atq; supinus iacet, expectans si forte ex inani fide sua, bona opera, ueluti ex putri ligno teredines, nasci uelint. Cum uero infelices siliquæ fœturam nullã faciunt: odit etiam eos, quos uidet bonis operibus affluentes, & habet ludibrio quicquid operũ externorum geritur, iudicans aliorum conscietias, ueluti in cœlestibus regnans, apud semetipsum sublimis, & iam peior hypocrita in spiritum dei factus, q̃ est is quem iudicauit ex opere. Facit enim & ipse ex fide sua opus, confidens se nullius indigentẽ credere, & credendo suopte iure iustificari. Ecce dei munere per omnes Germaniæ ecclesias fidei præconia in cœlum tolluntur. At fidei fructus & exempla pauciora q̃ ante eminent. Qui ieiunare solebat, spontaneum esse ieiuniũ debere affirmat, & gulæ uentrem aperit. Qui continebat, cœlibatum humanis uiribus maiorẽ prædicat, & genio frena laxat. Qui orabat murmura precularum damnat, & maledictis omnia implet. Obedientia Christiana soluitur, Virginalis pudicitiæ

Mores moderni Euãgelij.

sublimitas

sublimitas obscuratur, ex homologesis penè abrogatur, omnia litibus, & seditionibus miscentur. Cum tamē si spiritus & fidei dona in nobis crescerent: sæpius q̄ antea ieiunijs, & uigilijs carnē nostrā affligeremus: Instantius, cum omni homine pacē habentes oraremus. Castitatē sanctius coleremus, nemini detrahentes, propria crimina frequentius domino confiteremur. His qui nobis præsunt subiectionis honorē maiorē deferremus. Mansuetudinē & beneuolentiā erga omnes impēsius seruaremus. Quia igitur utriq; in studio gloriæ Christi non recte ambulamus, propriā nostram in illius gloriam

Lucæ.2. transfigurātes, uerendū est, ne lapis ille qui positus est ad ruinam, & resurrectionē multorū super nos cadens nos conterat. Iam enim illius irā non dubie sentimus: qui tradidit nos uoluntati cogitationū nostrarū carnaliū, ut inuicem nos mordentes & rodentes conscientias nostras, inuicem etiā consuma-

Ad Gal.5 mur. Ecce enim totus mūdus in hanc conflictationē excitatus, æstuat litibus etiā usq; ad sanguinē, & ecclesiæ omnes offen-

Mar. 16. diculis sunt inquinatæ, quasi Christus in coelū abiens bellum nobis, non pacē reliquisset. Fuerit igitur operæ preciū tentare, si dominus ecclesiæ suæ miseratus, misso aduocatore spiritu sancto, dignabitur dissidentes animos in gratiā reducere, & lucē suæ ueritatis ostendere, detecta hostis impostoris fraude, semotaq; suspicione eius discordiæ, qua ille nobilissimos

Roma. 11 Chrianæ unitatis duces falsi criminis insimularat, q & ipsi

Ad.Ga.3. nos strēnue adiuuabūt. Fortasse enim ideo deus conclusit oēs sub hac impietate, ut omniū misereatur, purificata ecclesia sua

Ephe.5. à prauitate & oī immūdicia. ut sit sine ruga, nullā habēs maculā. De operibus igitur in fide nō factis, qd' neq; iustificēt, neq; bonū aliud spirituale cōferant operāti, nemo est qui infidas it

neq; Iacobus

neq; Iacobus ipse in epistola sua ita scribens. Si quis uestrũ indiget sapientia, postulet à deo, & dabitur ei. Postulet aũt in fide nihil hæsitans. Nã qui hæsitat similis est fluctui maris, qui uẽtis agitur, & impetu rapitur, neq; enim existimet homo ille se quicquã accepturũ à domino &c. Verũ in fide facta opera, nũquid ipsa iustificẽt, an fides sola absq; operibus iusti fiæt, eadẽ penè est interrogatio, eadẽ quoq; erit eius resolutio. Sed ne existimemus Paulũ tã longißime à Iacobo distare, q̃ distãt iustitia fidei, & iustitia operũ, considerandus est argumentũ accepisse omnis disputationis suæ ex contẽtione fideliũ, qui ex circũcisione erãt, in legis obseruatione & iustitia adhuc hærentiũ, ac propterea non de quorũlibet operũ, sed eorũ quæ ex lege sunt, iustitia disserere, de quibus scriptum est. Qui fecerit ea homo uiuet in ipsis. Ergo in lege eis à deo data uita, & iustitia eorũ fuit. Quæ lex quoniã carnalis erat, in ipsis hærebat operibus, ita & iustitia carnalis, & nõ secundum deum. Iustus enim ex fide uiuit. Cũ igitur lex abolita, uel potius in gratiã per fidẽ Christi trãslata fuerit: fuit & iustitia legis in iustitiã fidei mutata, nõ sic aũt aliorũ operũ iustitia præsertim eorũ quæ ex fide. Accipiamus igitur Paulũ de iustitia fidei, & iustitia operũ legis tantũ disputantẽ. Consyderemus deinde, de iustitia quæ est per fidẽ Iesu Christi, nũquid ipsi fidei tribuere hãc iustificationẽ oportet, quemadmodum hic locus, & omnes q̃ nũc fidẽ operibus præferũt loquũtur, dicentes fides nos iustificat. Quomodo igitur opera nostra dicimus, ita & fidẽ nostrã. Omnia eni quæ uel per corpus uel in mẽte, uel per potentias, habitus, affectúsue, qui in homine sunt agimus patimurq;, ea nostra, tanq̃ germana hominis naturæ dicimus. Sicut enim uidere, sentire, orare, ieiunare nos

Capite. 1. | Hiero. in prologo ad Ro. | Gala. 3. | Abacu. 2. Gala. 3.

diamus. Ita & nos intelligere imaginari, uelle, nolle, credere, & opinari affirmamus. Si igitur dixero quod fides mea me iustificat: nũquid dico, q̃d ex me est iustificatio mea? & alia re mihi opus nõ est, nisi ut credam. Iam enim ipse habeo quo

Esaiæ.14. iustus sim alterius non indigẽs. Quid igitur restat? nisi ut addam. Ponam thronũ meũ in nubibus cœli, & similis ero altissimo. O homo quis es tu qui ponis os in cœlum, & gloriã dei tibi usurpas? Nunquid non ipse est, qui uiuificat &

1.Reg.2. mortificat, deducit ad inferos & reducit, qui & impiũ iustificat. Cur ex fide tua Idolum facis? dans ei gloriã, quæ soli deo

1.Timo.1 debetur. Si tantum fidei tuæ uirtutẽ iactas, quid quæso habes, quod nõ accepisti? cum ne cogitare quidem possis ex te aliquid, quod si etiam accepisti, quid gloriaris quasi non acceperis, prima Corint.iiij. Si ergo nec fidẽ ex te habes, quæ in te est, quo-

Fidẽ Lutherani opus faciunt. modo iustitia: quæ dei spiritus est, ex te erit? Iam igitur & fidẽ tuam opus facis, nam credendo, & fidem habendo iustitiam nouam producis, in qua ut lucifer oriens fulges, ac illum excedis iniquitate qui ex operibus iustitiam struit. Quod & si per fidem tuam tantũ plantas, seu etiã rigas iustitiam, quæ ex deo largitore est, adhuc neq; qui plantat est aliquid, neq; qui ri-

1.Cor.3. gat, sed qui dat incrementũ deus, Pauli uerbum est, quẽ etiã

Ad Gal.3 audi, quid de Abraham dicat, cuius fides etiam in nos gentes propagauit genus Israel, ut filij Abrahæ, & filij repromissionis essemus, non per circũcisionem, sed per imitationem fidei

Roma.4. ipsius. Credidit, Abraham deo, & imputatum est ei ad iustitiam, ei uero qui operatur, merces non imputatur secundum gratiam, sed secundum debitum. Porrò ei qui nõ operatur, sed

Ibidem. credit in eum qui iustificat impiũ: imputatur fides sua ad iustitiam, quemadmodũ & Dauid explicat: beatificationẽ hominis, cui deus

nis, cui deus imputat iustitiam absq; operibus. Beatus uir cui nō imputabit dominus peccatum &c. Habes ergo quod fides Abrahæ per se nihil contulit ei ad iustitiam, sed quia credidit deo: imputata est fides ipsius ad iustitiam à deo per gratiam, non ex debito. Si ergo id accidit in patre fidei, quid in filijs fieri putamus? qui illo non sumus perfectiores. Psal. 142.
Stat igitur inuictus Psalmographus clamans, non iustificabitur in conspectu tuo omnis uiuens. Imò neq; in sepulchro neq; in inferno, neq; in cœlo, neq; in terra iustitia est, nisi à 2.Cor. 3.
deo. Omnis igitur iustitia nostra nō ex nobis, neq; ex fide, sed ex gratia dei per fidem, quemadmodū ait ad Ephesios Paulus. Capit. 2.
Gratia estis saluati per fidem, idq; non ex uobis, dei donum est, nō ex operibus, ne quis glorietur. Nā ipsius figmen Vox Lutum sumus. Itaq; facessat hoc uerbū. Fides nos iustificat, atq; theri proeliminetur ab ecclesia dei, cui soli gloria & benedictio. Sicut cul pellaper fidem potest iustificare nos deus, uideamus nunquid pos- tur.
sit etiam per opera? an & ipsa opera nos iustificent? an sola fides sit qua iustificemur? Paulus nobis consulendus est, qui ad Capit. 11
Hebræos ita loquitur. Est aūt fides earū rerū quæ sperantur substantia, argumentū eorū, quæ non uidētur. Accipimus itaq; esse fidē, qua argumentū capimus rerū oculis nō subiectarū, quiescentes in ipso captu: nec in nostrum aliquē usum fidei aciem dirigentes. Quemadmodū credimus esse unū deum: credimus eundem condidisse ex nihilo cœlum & terram, atq; hic stamus, diligentes tantū eum quē bonū esse intelligimus. Aliā item esse fidem, qua non solum apprehendimus rem ut est, sed etiam spe in illam ferimur, aut ipsam rapimus in nostrū usum, uel fruitionem, ut in ipsa fide, habere uel consecuturos esse, agere, pati ue aliquid nos confidamus. Quemadmodum

Christū non solū credo in carne uenisse, sed etiā confido propter me uenisse: meq; à morte redemptū ad æternā uitā perducturū esse. Credo me in baptismatis aqua renatū esse: credo me, quæ orans à domino peto, consequuturū esse. Et eā fidē uocabulo magis germano fiduciā dixerimus, quod per eā fidamus magis, q̄ credimus. Ea igitur, quā prius descripsimus, fide, omnia credimus: quæ in ueteri et nouo testamento gesta, dictaq; legimus, quantū ad rem ipsam atq; hystoriā attinet, amplius nihil quærentes: nisi quod uera esse per fidē sciamus. In quibus ea quæ ad dei cultū & omnipotentiā, Christiq; mysteria non pertinent: ita accipimus ut in ipsis iustificationē non quæramus. Quid enim ad iustiā meā facit, si credo faciē Moseos cornutā fuisse: aut Dauidē cythara cōcrepuisse? Cætera

Exodi. 34 uera eatenus ad nostrā iustiā condendā uim habent: quate-

1. Reg. 6. nus, uel cū fide dilectionē dei habēt coniunctiam: uel Christi mysteria cōplectuntur, aut referantur ad ipsa. Quæ enim ta-

Gala. 5. lia non sunt, credenda quidē sunt: adeo, ut sine eorū fide iustiā nullā consequamur. Verū ipsa fides per se ad iustificationē

Ioan. 9. confert nihil: sed remouet tantū à peccato: ut demus gloriam deo. Si enim credo deū esse unū, bonū, uerū, æternū, creatorē & rectorē omniū, quæ sunt in cœlo & in terra, iam roboratus sum, ne honorē eius dem creaturæ: & negē eū, cuius sum plasma: qui & iustificat quē uult. Nam si nō credens, auersus ab eo fuero: nulla mihi alia fides ad iustiā proderit, non habenti uidelicet fundamentū ædificationis: quomodo enim iusti-

1. Cor. 3. ficabor ab eo, quem negaui? Si uero patrē negaui, negaui & eum, quē ille misit: per cuius fidē credimus nos iustificari. Rursus, si omnia quæ diximus de deo credo, quæ & dæmones cre-

Capit. 2. dunt & contremiscunt, ut Iacobus ait: non cōtinuo iustificatus sum.

tus sum. Requiesco enim in fide mea: nō apprehendens amore eum, quē tam magnū credo, ac ex eo nihil sperans, neq; desyderans participes fieri bonitatis illius, neq; obedientiam ullā ostendens omnipotentiæ eius. Quod si credens etiā diligerem, desyderarē, & humiliarer sub potentia magnitudinis eius, fidelis est, ut etiā præstaret, imò & iustificaret me: sed non nisi in fide filij sui: quē cōstituit hæredē uniuersæ iustitiæ. Hoc iacto fundamēto: si & filiū credo, ipsum uidelicet esse incarnatū, passum, mortuū pro peccatis nostris, resurrexisse propter iustificationē nostrā, esse in dextris dei propter glorificationem nostram, constitutū iudicē uiuorū & mortuorum, tam & si dæmones quoq; illa credant, & ego fide mea contentus, nihil aliud quæram: tamen fieri non potest, quin per ipsam fidem iustificatus sim. Dico aūt, secundū iustificationem: quæ mere gratuita est à deo, per aspersionē sanguinis Christi, quam iustificationē per aquā baptismatis in morte & resurrectione eius consequimur, in hoc tantū: ut liberati à delicto ueteris peccati quod secundū propaginē præuaricationis Adam in nobis regnauit, in nouam iustitiā transferamur gratuitæ uolūtatis dei. Quapropter omnis illa iustificatio, credētibus nobis reposita est in Christo: cuius iustitia per sup effluentē gratiā ipsius in nos abundauit. Neq; ullo opere aut mētis greßibus opus habet, simplici captu fidei contenta. Quemadmodum ait Paulus. Quos deus uocauit, hos & iustificauit. Et Ioannes. Qui credit Iesum esse filium dei, hic ex deo natus est. Alioqui infantes nostri, quomodo salui fierent? Est igitur hæc iustificatio, ipsa saluatio nostra, per quam non statim iusti sumus, sed salui facti dicimur, non ex nostra uirtute, aut operibus: sed per lauacrū sanguinis Christi in fide eius, ne quid de

1. Pet. 5.
Roma. 8.
Heb. 1.
Roma. 5.
1. Cor. 15.
Actu. 10.
Iacob. 2.
Heb. 9.
Roma. 6.
Roma. 5.
Ephe. 2.
Roma. 8.
1. Ioan. 4.
et quinto

nobis gloriemur. Quemadmodum ergo omnem humanũ cō natum, & mentis discursum præuenit hæc iustificatio, ita &
Ioan. 3. damnatio. Sicut ex domino audiuimus. Qui non credit in filium dei, iam iudicatus est. Itaq; putamus manifestum esse, per huiusmodi fidem nos sine operibus iustificari. Porrò si immemores tantorũ donorũ Christi prolapsi fuerimus in peccatũ, nunquid iustitiam illã amittimus: peiorem nobis damnationem conscíscentes, quàm quæ ante fuit? An qui semel Christi redemptionem abiecimus, & indignos nos fecimus iustitiæ, quæ ex ipso est, denuo ad illã reparabimur? quasi ex integro Christum ad crucẽ reuocantes. Audiamus Paulũ ad Hebræos tonãtem.
Capite. 6 Fieri non potest, ut qui semel fuerint illuminati, gustaueríntq; donũ cœleste, & participes facti fuerint spiritus sancti gustauerintq; bonũ dei uerbũ, ac uirtutes futuri seculi, si prolabantur, denuo renouẽtur per pœnitentiam, abintegro crucifigentes sibimetipsis filiũ dei: & ludibrio exponentes. Siqui-
Ibidem. dem terra, quæ imbrem sæpius in se uenientem cõbiberit, & progenuerit herbam accomodã eis, quorũ opera & colitur, recipit benedictionem à deo. At quæ produxerit spinas, & tribulos reproba est, & maledictioni confinis. Cuius exi-
Amplectenda sententia. tus huc tendit, ut exuratur. Terribile uerbũ Apostoli. Vt neq; per pœnitentiã renouari possimus ad priorem illã iustitiã, quã diximus ab æterno præordinatã in Christo, atq; in nos trãsfusam gratuitu munere ipsius. Quid ergo? in æternũ damnati sumus omnes qui post baptismũ peccauimus? Absit, absit, procul sit hoc, ab immensitate diuitiarum benignitatis dei.
1. Pet. 1. Quomodo enim fieri potest, ut tam excellens preciũ sanguinis Christi: quo empti sumus quod & totum mundũ: & eos,
Ro. 9. qui nondũ nati erãt, & eos qui sub inferni uinculis tenebantur mundi-

tur mundificare potuit, etiam pro nobis, qui denuo peccauimus debitũ soluere non poßit? an propter nostrum peccatum gloria crucis euacuabitur? Quis enim post baptiſmũ non de- Ad.Ga.5.
clinauit? ſicut ſcriptũ eſt. Omneis declinauerũt ſimul, & in- Pſal.13.
utiles facti ſunt, non eſt, qui faciat bonũ, non eſt uſq; ad unum. Ergo frustra paſſus eſt Christus? an propterea uenit in mun dũ: ut condemnet, & iudicet mundũ? & non potius: ut ſalue- Ioan. 3.
tur mundus per ipſum. Cum igitur ſepulti ſumus priori iuſtitiæ, ad quam renouari non poſſumus: noua nobis iuſticia quærenda eſt, ne pereamus in peccato. Dico aũt noua: nõ ex- Act. 10.
tra Chriſtum, cum nõ ſit alia poteſtas, neq; aliud nomen, quod et . 4.
inuocetur ſuper terram, ipſo dicente, data eſt mihi omnis po- Math.ul.
teſtas in cœlo, & in terra. Sed neq; in Chriſto. Quomodo enim, qui carnem peccati in ſuo corpore, per mortem, & reſur 1. Cor.6.
rectionẽ tranſtulit in gloriam à dextris dei iterum renouabit nos in ſuo corpore, quaſi denuo obnoxio legi peccati in mortem? cũ dicat Paulus. Chriſtus reſurgens ex mortuis, am- Ad Ro.6
plius non moritur, mors illi ultra non dominabitur. Quod enim mortuus eſt, peccato mortuus eſt, ſemel: quod aũt uiuit, Ibidem.
uiuit deo. Ita & nos quoq; in Chriſto ſemel per baptiſmum renouati, amplius non renouamur in ipſo. Magno itaq; gra du decidimus, poſt baptiſmum lapſi. Excußimus enim liberta- Gala.4.
tem & iuſtitiã illam irreparabilẽ, in Chriſto nobis donatã, Roma.6.
ueterem illum peccatorem Adam, in noſtro corpore mortificatũ, reſuſcitantes: tanto nocentius: quod maiore procacitate ueterem dominationem, iam in ſanctificato corpore ſacrilegus repetit, quàm egerat in terreno. Quomodo igitur illo exacto A ctu.10.
denuo iuſtificabimur? Profecto per eundem Ieſum Chriſtum, qui omnis iuſtitiæ dominus conſtitutus, ipſam ſecũ ſuper om- He.1.et.2

 nes uirtutes

nes uirtutes in cœlestibus deo patri obtulit:ut illam distribu-
eret in tẽpore omnibus, qui misericordiã per ipsum forẽt cõ
Heb. 5. sequuti. Nã & in hoc nobis factus est rex, & sacerdos, ut nõ
solũ ij per eũ ingreßũ haberent ad deũ, qui hæreditatẽ regni
1. Ioan. 1. in ipso illibatã poßident, uerũ etiã nos, qui regno eius indi-
1. Ioan. 2. gni facti misericordia indigemus, Pontificẽ & propiciatorẽ
haberemus pro peccatis nostris apud patrẽ. Si enim ij, qui in
Roma. 6. Christo per baptismũ renouati sunt, adhuc propiciatione o-
Gala. 3. pus haberent, quæ esset eorũ iustificatio? aut quæ uirtus crucis?
Iã igitur nouæ iustitiæ patronũ habẽtes, quia regem sequi nõ
possumus, regno extorres facti, adeamus sacerdotẽ magnũ.
Heb. 10. Qui penetrans cœlos carnis nostræ substantiã in dextris dei
et 9. collocauit, nostræ infirmitatis participẽ, ac in sancta sanctorũ
Roma. 8. ingreßus, interpellat pro nobis. Vt reconciliatione obtenta,
non iterũ per baptismũ mortis Christi, sed per pœnitentiã, nõ
Col. 1 modo misericordiã & condonationẽ peccatorũ consequamur,
sed etiã in nouã iustitiam reparemur. Qua tamen non prius
iustificati simus, q̃ per pœnitentiã iusti fiamus, fiduciã haben-
tes, non in operibus, aut pœnitentia nostra, sed in Christi be-
Phi. 2. nignitate. Qui per suã obedientiã & satisfactionẽ pro deli-
Heb. 2. et ctis nostris, misericordiã, reconciliationẽ, et uitã æternã nobis
3. et. 4. cõmeruit, simul ad regni hæreditatem restitutis. Iam igitur
Roma. 8. & secundam iustitiam habemus per fidem Christi, in pœni
Actu. 13. tentiæ baptismo. Videndum aũt est, num etiam illam sine ope
ribus consequamur. Vt sola cordis pœnitentia in fide, ad eam
Ioan. 20. sufficiat. An uero & operibus opus nobis sit. Oportet qui-
dem fateri, quod ubi per ministerium ecclesiæ absolutionem
& indulgentiam sumus consequuti, non adhuc in spe tantum
stamus, quasi expectantes consolationem & redemptionem,

operibus

operibus nostris intercedentibus, sed in fide securitatem habemus, per gratiam dei, statuentes ante oculos excellentissima promissa benignitatis eius, per uerbum Christi. Quem ut ueracem credimus, ita & iustum ne fallat confidimus. Et hoc interim animo fideli reputantes quod ad illa promissa promerenda, atq; iustitiam nobis parandam, nulla operum nostrorum excellentia, magnitudo uel accruatio, nullae deniq; humanae uires sufficere possint. Verum homo ubi post lapsum 2. Cor. 5.
resipiscere primum incipit, agnoscens peccatum suum, ac uoluens animo, è quanta sublimitate in quantum baratrum deciderit, ingratus factus dei bonitati, si synceraq; poenitētia percellitur, humiliat cor suum, in sacco, cinere, & alicio. Et non solum in spiritus contritione compūgitur, ad deum ingemiscēs, sed etiam ieiunijs, uigilijs, orationis instantia, temporalium Lucae. 2.
largitione, atq; alijs castigationibus affligens corpus suum, & poenam sumens de concupiscencijs suis, totis uiribus stu- 1. Cor. 9.
det placare iram dei, ad indulgentiam, confitens simul delictum suum, & dei longanimitatem atq; patientiam. Atq; Ad Ro. 2
ita demum spe concepta ex illius benignitate & promissioni- Ioan. 20.
bus, in fide crucis Christi, per ministerium ecclesiae remissionem accipit. Ac non amplius tristis, aut se affligens, quasi incertus de libertate, sed in spiritus hilaritate, & securitate, de gratia accepta, deo laudes gratiarum canit, nihil interim sol- Roma. 9.
licitus, aut cogitans de iustitia sua, quam deo committit, qui solus iustificare potest, quem uult. Debet enim semper indignum se existimare, ut iustus dicatur, quantacunq; fide polleat. Si igitur ego peccatum meum dolens, non ante me in conspectu dei humiliem, & crucem mihi ipse consciscens, poenitentiae signa edam, sed mox ad crucē Christi, eiusq; promissa, ueluti

missa, ueluti sus ad escam accurram, Christiq; afflictiones, & tormēta, in meū ius rapiā, ipse mihi suauis & indulgens quasi in hoc darem gloriā Christo, quod mihi parcens, omnia in illum transferam: ueluti eum, qui sine mea molestia, poßit in me operari salutē: nūquid temerarius & improbus ero, in Christum? Heb.10. Nunquid collata mihi dona irreuerentur sordidis manibus contrecto? An ideo Christus crucifixus est, ut mihi potestas esset in eius sanguine me uolutare: ueluti porco in uolutabro suo, Math.4. & non potius, ut per poenitentiam apud ipsum remißionem Lucæ.24. inueniam? An quia nobis condonationem peccatorū promeruit, etiam poenitentiam sustulit? An nobis requiem à laboribus Math.16 in hac uita reliquit, & non potius crucem, quā semper Mar.8. portaremus, ipsum sequentes? Non sunt talia dona Christi, quæ iustiā legis euacuent, sed quæ perficiant, non quæ nos molles, & ignauos faciāt, sed que laborum præmia conferāt, Ioanne Math.3. dicente. Facite fructus dignos poenitentia. Non tantum Lucæ.3. dixit, poenitemini de peccatis uestris. Oportet igitur nos, dum poenitendi spacium conceditur, nihil intermittere, eorum, quæ ad uerā poenitentiā pertinent, quasi indignos nos existimantes, Heb.4. qui tantis donis Christi fruamur. Ac sic tandem cum omni Ephe.2. reuerentia in eius requiem introire, tanq̄ certos, quod nullo operum nostrorū merito, nulla nostra digna poenitentia, sed sola ipsius gratia ad illam pertingere, ac indulgentiā satisfactionis pro peccatis nostris assequi potuerimus. Quod si instare uiderimus iudicij nostri diē, negato nobis poenitentiæ spatio, tum nobis in cordis contritione ad crucem Christi, tanq̄ ad portum in præsenti naufragio, omnibus alijs rebus neglectis, cū fiducia properandum est, iā securis, quod ipsa nō solū pro nostris, sed etiam totius mundi peccatis satisfacere poßit. Non

ergo ab

ergo ab ecclesia abijcienda sunt, aut etiam extenuanda operá poenitentiae, sed quae condonationẽ praecedant. Vt primitiuae ecclesiae longo aeuo erat non improbandus mos, non quae sequantur, ad uoluntatem hominũ tracta. Non enim putemus uanum esse, quod baptismus poenitentiae per ministeriũ Ioannis, & discipulorũ, Christi baptismum antecessit, ac illo illustrato conquieuit. Paulus apud Corinthios eum quẽ Sathanae tradiderat, non recepit, nisi acta poenitentia. Et eosdem alio loco praemonet, ne, cum ipse ad eos uenerit, inueniat qui ante peccauerint, & non egerint poenitentiam, super immundicia & libidine, quã patrarunt. Quod utiq; de poenitentia cordis tantum accipi non potest. Eiusmodi aũt plurima in scripturis inuenimus. Iam igitur & ante iustificationem, imò & ante fidem, non tamen fide uacantia opera habemus, Et si nõ ita necessaria, ut sola ipsa ad iustiaam ducant, tamen fidei adeo adminiculantia, ut sine eis impudens & arrogans, uel etiam temeraria fides habeatur. Nam uero & post iustificationẽ operabimur ad iustiã, an saturati iam quiescemus stertemusq;? Loquor aũt non de ijs solum, qui post peccatum ad nouam iustiam sunt reparati, uerũ etiam de ijs, qui in prima iustitia stetertũt. Addamus & illos, qui & si sine peccato non inueniãtur tamen fide robusti sunt. Hi omnes quoniam fidem florentem habent: nũquid adhuc ducẽdi sunt ad bona opera? an permittendi, ut fides eorũ opera producat. Non quidẽ ab alijs praescripta, sed quae ipsis uidebuntur bona. De hoc ergo tentemus inuestigare aliquid: si forte & assequi licebit. Dico aũt bona opera: quae & si in spiritu tanquã origine fiant: tamen etiam extrinsecus, corporaliter exhibẽtur. Qualia sunt, oratio, eleemosina, hospitalitas, ieiunium, cultus dei, & huiusmodi alia.

Ioan. 1.
1. Cor. 5.
2. Cor. 13. et. 12.

Quae enim

Quæ enim è spiritu nõ prodeũt, ea neq; bona censemus. Fru-
Capitt.5. ctus aũt spritus sunt, ut ad Galath. ait Paulus. Charitas, gau-
diũ, pax, lenitas, benignitas, bonitas, fides, mãsuetudo, tempe
rantia. Ea ferè opera sua habent etiã per corporis exercitiũ,
quibus constituitur iustiãa nostra, apud deũ. Existimo aũt fidẽ
opus nõ habere per se tale, sed ex alijs nata opa animare tan
tum, ac uiuificare, ut grata deo fiant ad nostrã iustiãã conden
dã. Iustus siquidẽ operatur omnia, quæ iusta sunt. Fides autem
per se iusta nõ est, sed omnia ut iusta sint faciat. Atq; ipsum o-
perantẽ dirigit, ut iustus fiat, & iusta sint, quæ opatur. Siue
Aba.2. per charitatem, siue per benignitatẽ, siue per gaudium. Itaq;
iustus ex fide uiuit, ut dicat scriptura, quoniam sine fide iustus
1.Cor.3. nemo est, quicquid operatur. Fidem aũt non operatur, neq;
ea quæ fidei sunt, sed ipsam per omnia opera regulãtur, distin
guuntur, ornanturq; , ut deo sint accepta. Ipsa aũt per se, cum
non operetur, expectat tantum, quæ, uel deus inuisibiliter
operatur in nobis, uel ipsi operamur secundũ deũ, ut ea ap-
prehendat, amplectatur, uel ad deum uiuificata transmittat.
Gala.5. Quid igitur fidem tantũ habentes expectabimus ut ipsa cedat
opera? si defuerit charitas, gaudium, pax, lenitas, & similia.
Nã planè ociosa erit, quantũ ad exteriora opera. Etenim cha
ritas in fide operatur eleemosinã, nõ fides in charitate. Sic ea
dem charitas operatur obedientiã dei in fide. Non aũt ipsa
fides, sed facit, ut obedientia ipsa imputetur ad iustiãã. Itaq; ui
demus non per fidem in opera, sed ex operibus in fidem, ut
Gala.5. uiua fiant, pergendũ esse. Cum aũt certũ sit, charitatem, tem-
perantiam, lenitatem, nõ semper nasci in nobis, sed magis per
carnales affectus, qui spiritui aduersantur, opprimi distine-
riq; , ne prodire posint, non etiã negari potest, exhortationi-
bus, commoni-

bus, commonitionibus, & præceptis, quibus illa excitentur
opus esse. Apostolorum epistolæ, ac omnes deniq; scripturæ
noui testamenti exuberant præceptis, & exhortationibus ad
bona opera. Nōne eos quos Paulus initiauit in Christo, quos Gala. 4.
& genuisse se gloriatur, putamus iustos fuisse, magis q̃ poste 1. Cor. 9.
ros, in quibus refriguit charitas? Hos uideamus, quomō in-
stituit ad bona opera, Ephesijs scribēs. Conditi, inquit, sumus Ephe. 2.
in Christo Iesu ad bona opera, quæ præparauit deus, ut in
eis ābularemus. Et ad Galat. Bonū faciendo ne defatigemur, Gala. 6.
tēpore enim suo metemus, non defatigati. Itaq; dū tempus ha
bemus operemur bonū, tum erga omnes, tum uero maxime Ibidem.
erga domesticos fidei. Et in Apocalypsi legimus, quomodo in- Cap. 2. 3.
terminetur spiritus ecclesijs, quæ in operibus elanguerunt si
non fecerint prima opera. Ipsa quippe mentem quā sepissime
prouehūt ac incendūt ad spiritualia dona, & conferūt nō pa
rum, ad ædificationē, & extimulationē mutuam, dicente Pau Ephe. 5.
lo, Docete & cōmonete uos inuicem cantionibus & laudibus Collo. 3.
& cantilenis spiritualibus. At homo iustus post baptismū uel
pœnitentiā, gratiam consecutus, cū dei bonitatem, & Christi
erga se dilectionē agnoscāt, reputans miseriam suam in ueteri Ephe. 4.
homine sub peccato, ac subinde dona sibi collata in sui ipsius
renouatione, nō tā præceptis & exhortationibus opus habet,
sed ipse sibi abūdantius operū excellentiorū est autor. Nec iā
tantū, ut diximus, in actiōe gratiarū laudes deo gaudēs de-
cantat, sed etiam exteriorē hominem, ac carnem suā, uti escam,
qua inescare hamū suum diabolus solet, fastidit, odio habet, in 1. Cor. 9.
seruitutem redigit, atq; mortificat, nullā ei requiem, nullam 2. Cor. 4.
respirationem permittit, quin semper eam uel ieiunio, uel et 6.
uigilijs, uel flagris, uel laborum duricia domet, & spiri-
tui subdat

tui subdat. In afflictionibus huius seculi, ac damnis temporalium perturbatur nihil. Imò hilaris deo gratias agit. Vt quæ
Ad Phi. 3 non sibi, sed hosti inferantur, deniq; quæ poßidet omnia, perinde ac in carne iam non uiuens, non sua ducit, sed in aliorum
1. Cor. 9. commoda atq; indigentias largitur, seruum se omnibus facit, in charitate & hilaritate cordis. Nec nisi in spiritu esse liber
Gala. 5. tatem suam existimat, in quo ad deum orat semper, ac per
Philip. 1. spem in patientia & gemitibus expectat resolutionem suam, carnis funus suas diuitias ducens. Hæc uera sunt bona opera in fide & charitate uitam habẽtia. Quæ neq; hypocrisi, neq;
Col. 3 fœditate alia sunt contaminata. Hæc iusta carnis castigatio, atq; mortificatio Christiano homine digna, non ea quæ illi solatia sua, molliciem suã, adipationes suas, supinationem suã, inducias suas, indulget: nec comprimit, nisi pugnã cientem. Ignaui atq; socordis militis est, hosti ad restaurãdas uires, requiẽ dare, ac dũ occasio est, nõ aßidue lacessere, uellicare, fatigare, affligere, cõpescere, ex integro bellũ reparantẽ. Bellũ nobis perpetuũ
Iob. 7. est cũ hoste, hoc periculosiore, quo magis domestico. In uicto
Ephe. 6. ria summa rerum sita est. Eius q; tanto maior est spes nobis quod noster spiritus per fidem Christum habet habitatorem & ducem, iam olim etiam de morte uictorem. An non Chri-
Colloss. 3. stus uetere illo Adam est fortior? quẽ etiam in cruce affixum
Ibidem. 2 potuit occidere. An in nobis Christus elanguit fidem eius te-
1. Cor. 15. nentibus: ac imaginẽ cœlestis Adam magis, q̃ illius terreni gestantibus? An cœlestia terrenis sunt inferiora? Quin congredimur, manus conserimus: etiam in castris suis hostem in cautum adorimur: armis omnibus nudamus: uictum seruire nobis cogimus: si non & uita eximus. Itaq, præoccupandũ est prœliũ: neq; parcendũ hosti: etiã si ultro manus dare, & sub

iugum mitti

iugum mitti uelit, lubricus est: stare in fide nesciat. Atq; in hoc industrius, ut incautos inuadat, opprimatq;. Quod & si in fœdere stare possit: tamen spiritum incolā retinet, ne in patriā reuertatur. Atq; ideo siue pace, siue bello, perfidus est: merito odibilis, & dignus qui perdatur. Quapropter dicit domi- Ioan. 12.
nus. Qui amat animā suam perdet eam, & qui odit animā suā in hoc mundo, in uitam æternā custodit eā. Si igitur docu-erimus non esse ieiunandum: nisi rebellantem carnem sense-rimus, cauendū nobis est: ne uideamur cum carne conspirasse, & parū fidi in castris Christi habeamur. Leuia ne exempla Exodi. 24
sunt Mosis, Heliæ, Dauidis, Ioannis Baptistæ, Apostolorum, 3. Reg. 19
Niniuitarum? quos omnes scriptura memorat res magnas 2. Reg. 12
post ieiuniū consecutos fuisse, non quidē lasciuienti carni frena Math. 11.
per ieiunium addentes, sed uel pœnitentiæ causa, uel ut carnem Act. 1. 13.
spiritui humiliarent, quo fierent sanctiores donis dei accipi- Ionæ. 3.
endis, carnē per abstinentiam macerantes. Super omnia exem Math. 4.
plū habemus ieiunij, & aliarū afflictionū Christi, non solū 1. Pet. 2.
ad nostram saluationē, sed imitationē nobis propositum: adeo ut Petrus in hoc nostrā uocationem esse dicat, ut affligamur. Hæc est, inquit, gratia si quis propter conscientiā suffert mo-lestias, præter meritū affectus malis. Et paulo post. Hæc est enim gratia apud deum. Siquidem in hoc uocati estis. Quoniā Ibidem.
& Christus afflictus est pro nobis, relinquens nobis exem-plū, ut insequeremini uestigia eius. Et Paul. ad Timo. epist. ij. Capite. 3.
Oēs qui pie uolūt uiuere in Christo Iesu, persequutionem patientur. Cum igitur uideamus insignem esse, & operū uirtutē, quæ ex radice pietatis, & bonæ conscientiæ; ad nostram uel aliorum ædificationē, & ad dei gloriā in corde simplici pro- 1. Cor. 4.
cedunt, non perdamus fructum eorum. Non enim potest ar- Math. 7.

 bor bona

bor bona fructus malos facere. Si igitur boni sunt, eos ab eccle
sia dei non eijciamus. Iam ipse progressus orationis alteram
quoq; fidei speciem aperuit, quã fiduciam appellamus, à pri-
ore hoc solo differentem, quod captu non contenta, nostrũ etiã
negotiũ gerit. Simul & hoc aperuimus, quæ illã opera præ-
ueniant, quæ sequãtur, omnia ad hominẽ Christianũ, & eius
sublimiorem iusticiã referentes. Atq; obiter de operum quoq;
origine & usu non nihil attingentes. Super est, ut de ea quoq;
fiducia aliquid uideamus, quæ non Christiani tantũ hominis
est, sed eorũ quoq;, qui uel extra Christum sunt, uel ad Chri-
sti gloriam non attigerunt, quatenus ad nostrum propositum
pertinebit. Quo simul & ad hoc perueniamus, an per fidẽ,
an per opera iustificatio hominis cõstituatur. Erit igitur ope-
ræprecciũ de iusticia ipsa, cuius originem inuestigamus, aliquid
per transcursum attingere. Est aũt iusticia fidei, & est iusticia
operũ. Non ergo etiam opera carent iusticia sua, quæ qualia
sunt opera, talis est & ipsa, habens ius & uegetationem suã,
non ex fide, sed ex ipso opere, quod per se, uel secundũ præ-
stitutum legis, bonum est, habetq; & ipsa plerũq; sua præ-
Roma. 4. mia cõstituta. Quemadmodũ Paulus ait. Si ex operibus Abra
ham iustificatus fuit, habet quod glorietur. Ei enim qui ope-
Ibidem. ratur, merces non imputatur secundum gratiam, sed secundum
debitũ. Ita legalis illa iusticia Israëlis, quemadmodũ ex operi-
bus carnalibus pendebat, ita & ipsa carnalis erat: habens
Esaiæ. 1. promissa temporalium rerum, in quibus illorum iusticia, &
merces consumata est: Sicut scriptũ est. Ea quicũq; obseruaue-
Ad Gal. 3 rit uiuet in eis. Adeo aũt hæc debita est: ut neq; abusus, neq;
Lucæ. 18. peccatũ ipsam tollat. Quod in illo iactatore pharisæo appa-
Ibidem. rere potest. Cuius iusticia tam & si nulla uideri potuisset, ad
publicani

publicani iustitiam collatā: quia tamen ea quæ ampullosus recitauerat legalis iustitiæ erant, ita de illo dominus refert. Descendit hic in domū suam, iustificatus magis quàm ille. Ergo & ille iustificatus fuit, sed minus quàm hic. Quia minor est iustitia operum, quàm fidei. Potest autem bonum opus utrāq; iustitiam habere. Siue temporalem, quia ad illam tantum per opus tenditur, perinde ac debitam. Siue aliā, quæ per fidē gratuito dei munere conceditur. Vtrāq; uno exemplo pulchre dominus cōplexus est, cum dixit. Nemo est, qui reliquit domū, Math. 19.
aut parentes, aut fratres, aut uxorem, aut filios propter regnū dei, & non recipiat multo plura in hoc tempore, & in Mar. 10.
seculo futuro uitam æternā. Nunquid homo Christianus propter deum domū unam dimittet, ut duas recipiat? fœnusq; accipiat temporaliū diuitiarum? Nūquid Petrum, aliosq; discipulos, quibus hæc dicta sunt, postea opulentos factos legimus? & non potius in persecutionibus, flagris, miserijs, & Actu. 5.
afflictionibus uitam egisse? An non uidemus, quo magis ho- Et alibi.
mo, Christo accedit, hoc minus cū temporalibus bonis affluere, sed semper mundi persecutionibus tundi? Quod ipsum Ioan. 15.
etiam nobis dominus prædixit. Et tamen temporalia audiui- Math. 10
mus dominū promittentem, etiam cū auctu. Sed affectibus no Marc. 5.
stris hoc dedit, utramq; iustitiam proponens, ne cui iactura Lucæ. 18.
sit Euangelium. Si igitur ego Christianus domū uel agrum in pauperes expendero propter regnū dei, nullā curam de retributione habens, thesaurū in cœlis habeo, ab eo, qui in hoc Math. 19.
me iustificauit, & pro temporalibus æterna dare consueuit. Sin animo minus Christiano, ut plura, quàm dimisi in hoc tempore recipiam, id fecero, ex ipso tantū opere iustitiā quærens, siue etiam amissæ domus damnū doluero, aliam iustitiā

Heb. 10. contemnens, fidelis est Christus, imò & iustus, qui non pati-
Psal. 10. etur me fraudari fructu operis mei: quin plura reddat quàm
amisi. Ecce istorum discipulorum unus, ille sanguinis merca-
Ioan. 12. tor, postea q̃ uocationis suæ eum tæduit, & effusi unguenti ia-
cturam suæ auaritiæ damnum æstimauit, nunquid statim xxx.
Math. 26 argenteos denarios etiam ex ipso dominici sanguinis precio
Gala. 6. recepit? malo suo. Itaq; unusquisq; qđ seminauit, hoc & messu
rus est, secundũ propositum cordis sui, siue de temporali affe
ctu tẽporalia, siue de spirituali æterna. Si itaq; pauperi pro-
Math. 10. pter Christum, uel aquæ frigidæ potum do, ut temporalium
Marc. 9. benedictionem ex eo recipiam, non prorsus sine iustitia sum,
sed quã ex ipso opere duco. Quæro enim iustitiæ meæ merce-
dem. Non quia illam Christus promisit, quasi ex fide, sed quia
meum opus bonum esse censeo. Ergo & merces mihi debetur
Roma. 4. à Christo secundũ propositum meum. Non quia opus ipsum
Roma. 2. magnũ est, sed quia ipse iustus est, qui nullum opus tale non
Psal. 61. remuneratum relinquit. At ego regno cœlorum iam dignus
Lucæ. 9. non sum. Quia mittens manũ meam ad aratrum retro respi
cio. Sic est & legis iustitia. Qui uero secundum rationem le-
gis naturalis bona operantur, non potest quidem nulla esse
eorum iustitia. Quæ uero eorũ sit merces non est huius pro-
positi disserere. Satis igitur sit, & opera iustitiam suam habe-
re ex se, illam uero habere, & mercedem suam, non secundũ
deum, sed quasi ex debito. Omnis igitur iustitia, quæ secundum
deum est, per fidem accipitur, neq; secundũ debitum ex fide
producitur, sed ex gratia à deo imputatur, propter fidei uir-
tutem, ac mercedem à deo accipit, per ipsam gratiam. Vt uer
bi gratia. Credo, imò fortiter confido, me, qui iam sine operi-
bus pœnitentiæ peccator morior: per uirtutem, & potentiam
crucis, &

crucis, & resurrectionis Christi Iesu ab omni peccato mundari, & ad regnū dei aditum habere, secundum ipsius promissiones, quæ cœlo & terra transeuntibus non præteribūt. Non igitur quia hoc credo ideo iustus sum, sed quia deus fidē meam accipit, & gratam habet, ideo me iustificat, imò & coronat. Iam itaq; ex fidei iustitia ex hijs & alijs quæ prædiximus claret. Ea uero an per fidem, an per opera in nobis à deo creetur iam uideamus, neq; etiamdū repetendū est, fidem illam simplicem: quam captum frequenter appellauimus, per se nullam iustitiam in nobis condere: præter eam fidem, quæ de Christo, eiusq; sacramentis est. Ipsam uero, neq; in opus ullum exire, neq; per opus perfici. Alteram uero fidem: quæ ad uitādam obscuritatem lectionis, iam sæpe fiducia dicta est, semper in affectibus & operibus constitui, uel per deum in nos, uel à nobis erga deum. In hoc igitur iam nobis differentia constituenda est, ut alteram ab operibus affectibusq; nostris separantes: alteram illis ita connectamus ut non patiamur auelli. Si itaq; à deo aliquid in fide expectamus, aut accipere, accipisseue, seu accepturos esse tota fiducia credamus, ipsi nihil ex nobis operantes: sed patientes tantum, quæ deus in nobis, uel ex nobis, aut etiam in alijs operari uelit: ita, ut agat deus: nos patiamur tantum: ea fides opera nulla in nobis quærit: neq; in illis uersatur, sed obtutum in ea solum, quæ à deo procedunt figit, eaq; complectitur & complexa tenet. Sic sancta Virgo, Christi dei genitrix non prius dominum concepit: quàm ab angelo præmonita, & edocta mysterium caperet, deinde tota fiducia crederet, ac etiam expectaret futurum, quod deum in se operari uelle audierat. Atq; ita fide concepit saluatorem mundi. Videmus fidem illam non sim-

Lucæ. 11. Roma. 8. Lucæ. 1. Eodem.

plicem captum esse, sed addi etiam fiduciam, ac in nobis nihil operantibus, sed patientibus iustitiam operari. Eodem modo confido me à deo misericordiam consequutum esse, Christum pro me passum, me in gratia dei esse, ab eo regi & dirigi, in carne resuscitandum esse. Non est igitur dubium nos hæc credentes iustificari, non per opera, sed per fidem solam. Cæterũ quæ à nostro affectu seu opere incipiunt, & in deum, uel ea

Iacob. 1. quæ dei sunt proficiscuntur: ut dicamur agere aliquid in fide, aut etiam petere, cum talia sine opere, seu mentis seu corporis nunquã fiant, non potest etiam ipsa fides uacua esse operibus. Quemadmodum, uerbi gratia, si in fide ad deum oro, dæmonia eijcio: pauperem uestio, Christi misericordiam desyderans me baptisari, seu per pœnitentiam absolui facio, certo confidẽs me omnia illa per inuocationẽ nominis Christi facturũ consecuturúmue esse, aut ipsa in bonum & salutem mihi cessura. Versantur enim omnia in operibus, quæ bona sunt, uel bona

Roma. 14 creduntur, etiam si non sint. De quibus dicitur. Beatus qui non iudicat seipsum in eo quod probat. Neq; sine operibus fides iam est aliquid in ipsis. Abraham enim, cuius fides ab om

Gene. 12. nibus celebratur, accepto mandato à domino ut de terra sua

Ibidẽ. 22. exiret peregrinus in terram alienam: Item, ut filium Isaac offerret, si domi resedisset, dixissetq;, Domine credo, si iero: tu me incolam in aliena terra ubique seruaturus es, & daturus hæreditatem, si filium mactauero, confido, quod tu repromißiones in Isaac facta complebis, & illius posteritatem excitabis, gratias ago domine, sis benedictus domine, atq; ita non obediẽs domino, neq; Chaldæam reliquisset, neq; in filij corpus strictum gladium confossurus extulisset, nunquid completa esset fides eius? an uel dici debeat fides? eo

modo quo

modo quo hic iam à nobis accipitur, quales & debet esse. Transit enim iã in aliam speciem, relicta ea quæ exigitur. Nõ enim dixit dominus. Crede, sed exi, offer. Aut si dicam, confido si quid uni ex minimis istis fecero, Christo faciam, & tamẽ nihil omnino facerem: nũquid profecto aliquid, aut est aliquid fides mea? Videamus igitur, ubi iam iustitiam quærere oportet, an in fide, an in operibus. Hic enim scopũ inuenimus certaminis, de quo dixeramus. Hic locus agonis. Huc iam in arenam prodeant, Paulini, & Iacobitæ, Fidentes, & Operarij. Nam in alijs speciebus fidei, nihil est dißidij, quanq̃ neq; hic ita multum interesse Christianæ profeßionis crediderim, si illi etiam infecta re arma utriq; deposuerint. Fortasse enim curiositas, seu uerius dementiæ fuit inuestigare, ubi deus constituerit iustitiam nostram, qui ne cogitare quidem debemus nos iustos esse. Nam & Paulus coactus est ob eandem causam contra eos disputationem hanc suscipere, qui in operibus legis Christianam iustitiam statuentes ecclesias perturbabant. Contra Iacobus contra eos, qui in fide recumbentes ociabantur, & operibus detrahebant. Sanctum utriusq; studium. Nunc uero an explodendus est ab ecclesia? si quis diceret Christianus. Ego opera in fide faciam in conspectu dei: iustus sim, necne, deo committo: siue per fidem, siue per opera iustificare me uelit, an sine illis quid ad me? potens est deus, ipsius est donũ & gratia. Scio autem meis uiribus nihil præstari posse quod prius non debeam, cum nihil habeam, quod non acceperim. Verum quia in medium agmen ardentium armorum incidimus, & eo progressum est concertationis, ut propemodum omnes ecclesiæ orbis impegerint in lapidem hunc offendiculi, prosequenda est, quam cepimus fabula, si forte tandem conciliatis

Math. 25.

Ephe. 2.

Roma. 5.

ciliatis animis receptui canere posimus. Vidimus iam fidem illam, quam modo habemus in manibus, sicut in opere persi citur & ipsi cohæret, ita sine opere uacuam esse aut etiam mortuã, ut Iacobi uerbis utamur. Rursus ex ijs quæ superius dicta sunt etiam accepimus, opera quantũuis per se bona, si in fide non fiunt & per eam non animantur, neq; bona esse neq; iusta, sed multo magis mortua, quàm fidem sine operibus narrauimus. Ergo connexio quædam est utrorumq;, quàm stabiliri oportet, non solui, Ne dum alterutram uendicare in lucẽ,

Aba. 1. solam uolumus, necemus utramq;. Dicamus igitur quod iustus ex fide uiuit, ergo fides anima est iustitia uita. Si ergo fides sine operibus perficere opus suum potest, ut in prioribus illius partibus uidimus, potest etiam uita, hoc est iustitia præter omnia opera per fidem solam stare. Si uero conglutinatio quædam iam est, inter fidem & opera, quod de postrema parte iustitiæ affirmauimus, dicere oportet, uitam, id est, iustitiam in utrisq; compleri. Si enim iustus in fide operatur: opus

Iacobi. 2. per fidem fit uiuũ. Fides autem uitam influit in opus, in quo & hæret. Si ergo opus exors est fidei, ipsum iam mortuum est, cum animam qua uiuat non habeat. Rursus fides, id est, anima, si uitam non influit, uacua est: non agens hoc, ad quod

1. Cor. 14 est ordinata. Nempe ut in exemplo dicamus. Si oro ad deum, fidem non habẽs, sed obambulans, & animum in curis se-

Ioan. 16. cularibus perurgens, quid est oratio? nisi labiorũ inanis quædam & mortua agitatio. Rursus si oraturus firmiter credo, omnia me in nomini Christi à deo impetraturum, & tamen nihil orem, nónne ipsa fides inanis est, atq; uento similis? Vbi ergo uita, id est iustitia orantis? Addamus simile, quo clarior res fiat, nec enim superuacuum fuerit, etiam philosophari dũ

in para-

in parabola uersamur. Homo ex anima & corpore habet compositionem ita sibi cohærētibus, ut ex eis unus fiat homo, & neq; corpus sine anima humanum sit corpus, uel operari humana poßit, neq; anima extra corpus, anima humana sit. Nam in hoc & anima, & humana est, ut corpus uiuificet, ue getet, informet, animet, & sensibus uiuidum faciat: habetq; suas potentias: quibus in organis corporeis uitalia operatur, ueluti per oculum uidet, per aurem audit, per cerebrum ima ginatur, & similia, quæ absq; corpore facere non potest. Ha bet & potentias: quibus præter omnem corporis attagionē, & absq; organo opus perficit. Sic enim intelligit, ratiocinatur, discurrit: quæ etiam corpore soluta explere potest. Sit igi tur anima fides, corpus opera, uita iustitia, homo uiuēs iustus. Iustus ex fide uiuit, homo ex anima uitam habet. Opera uaria & multa sunt, in corpore membra sunt multa sensibus operatiōibusq; distincta. Anima una est, potentias multas ha bens, una est fides speciebus uarijs operationū distincta. Anima in corpore mersa præter corpus operatur quædam, fides in uno homine cum operibus habitans, absq; operibus & ipsa opus sæpe complet & iustum facit. Corpus absq; anima non uiuit, nec uitalia operatur, opera fide uacantia mortua sunt, nec bona sunt. Anima uitam & sensus in corpus non influens inanis est, fides quæ in operibus cōplementum habet, opera non informans, & absq; operibus manens, uacua est. Ecce ades caduceator: præco buccina succinito, ipsi in palestram ueniant fortißimi principes Iacobus & Paulus, pro se quisq; rationem reddituri, tumultuanti multitudine in concionem uocata. Nam ea facile subsidet si ducum concordiam spectauerit. Prior Iacobus dicit. Non tantū ex fide, sed ex operibus iustificatur Capite. 2.

 bus iustificatur

bus iustificatur homo,non tantũ per animã,sed etiam per ocu-
lum uidet homo.Fides sine operibus mortua est, potentia ui-
siua absq; oculo inanis est.Fides Abrahæ uacua fuisset, si non
Lucæ.5. etiã filiũ obtulisset. Petrus à domino è naui ad mare uocatus
Math. ex fide iustificatus non esset,si non etiam æstuantes undas pe
Eodẽ.14. dibus calcasset. Paulus subsequitur. Iustus ex fide uiuit,homo
Gala.2. per animam non per corpus uiuit. Oculus uidet per animæ
potentiam,& absq; illa uisiuus non est, opera per fidem iu-
Gene.22. stificãtur,sine qua nec iusta sunt. Abraham filiũ frustra per-
Math.14. didisset,si illum in fide non mactasset. Petrus feruens mare
non calcasset,si fidem non habuisset.Mox ubi fides cæspitauit,
& unda se pedibus eius subduxit, & non iam sua fide, sed
porrecta domini manu,saluatus est.Iacobus ait. Recte affir-
mas Paule frater.Nam & ego dixi, fidẽ operibus adiumen-
to esse ad iustitiam ,neq; nego: iustitiã non operibus: sed fidei
In omni- imputari.Quemadmodũ uita non corpori,sed animæ.Paulus
bus Epi- ait,tu quoq; probe sentis Iacobe frater.Nam & ego gentibus
stolis. prædicaui,opera oportere fieri,sed non nisi in fide,ut salui fi
ant,neq; dixi,fidem solam esse, quæ ad iustitiæ cõplementum
perducat.Sed nec tu affirmasti,sola opera id dare, sed etiam fi
dem. Quæ tamen perficiatur expleaturq; in operibus.Neq;
Actu.15. excidit mihi: quod olim ob eã dissensionẽ in Antiochia me à
fratribus Hierosolymã misso:cũ illic ecclesia fideliũ declara
uisset,eos qui fidẽ Christi acceperant: nõ ex operibus legis,
sed per gratiã Christi saluos fieri: legẽ Petro rogante, tu sciui
sti sanxistiq; Hierosolymorum Episcope. Nihil igitur est,quo
abs te differam , Iacobus ait . Ego quoq; nulla in re tui sum
absimilis,frater,gentium tuba. Ecce q̃ sine negotio coijt:quæ ui
debatur esse dissensio Pauli & Iacobi,fidei & operũ.Vnus
spiritus

spiritus, unus feruor ducũ, mox & militũ magnus cõsensus, Ephe. 4.
datæ dextræ: in hostẽ renouata sacramẽta: qd ni, nulla mora,
quin ꝑferantur signa Christi, claßicũ buccina canat, milites si
bi restituti, atq; detecta fraude serociores facti, instaurata acie
ferãtur in hostẽ impostorẽ, opprimãtq; potẽtibus armis fidei
& operũ, quæ ille reformidãs penè detraxisset incautis. Ipse
iã fugax, & ignauior factus, Porrò in prælĩu parati milites
nostri, hoc quoq; admonẽdi sunt, ut modestiã prudentiãq; ser
uẽt, arrogãtiã atq; temeritatẽ uitẽt, nimiũ sibi nõ tribuẽtes ex
operũ iustiã, ne ipsa in hypocrisim, aut superstitionẽ defluat.
Deinde ne etiã fidei noĩe sibi blandiãtur, quasi iã in uniuersum
iusti, si unũ opus fidei fecerĩt. Habet enĩ unũqd'q; opus per fi
dẽ, propriã iustiã, quæ hoĩem nõ in uniuersum iustũ facit, sed
ex ipso tantũ opere. Quẽadmodũ Abrahã, quia credẽs pere Gene. 12.
grinatus est in terra aliena, ex hac tantũ fide iustificatus est,
ut deo obediẽs in hoc ope, cũ in alijs potuerit esse peccator. Sic
Petro sup aquas ãbulanti hæc fides ꝓfuit, ad iustiã particula- Math. 14.
rem tantũ: cũ paulo mox de pusilla fide reprehẽsus sit. Sic et Ibidem.
decẽ leprosi fide mũdati sunt, è qbus unus tantũ iustus ꝓba- Lucæ. 17.
tus est. Sed neq; si mõtes trãstulero omnẽ iustiã habeo, ut sal- 1. Cho. 13
uari poßim. Est enĩ et fides q̃ nullã prorsus iustiã credẽti af-
fert, dicẽte Paulo. Si fidẽ habeo etiã ut mõtes transferã, chari 1. Cho. 13
tatẽ aũt nõ habuero nihil sum. Itaq; miracula nõ semp sanctita
tis, aut iustiæ sunt signa, sed robustæ fidei. Adeo ut sæpe etiã
in flagitiosis facta legamus, ac fieri cõspiciamus, neq; solũ per
eã fidẽ, quæ secũdm deũ est, sed etiã superstitiosam. Quẽadmo-
dum dixit dominus. Credẽti oĩa sunt poßibilia. Magna ꝑfe- Marci. 9.
cto uirtus fidei, adeo ut apareat ipsa, & nõ deus p ipsam si-
gna edere. Legimus enĩ de muliere à sanguinis ꝓfluuio, tactu Math. 11.

fimbriæ uestimēti dominiā sanata, conuersum dominum in-
Lucæ. 8. terrogasse, quis me tetigit? Et respondentibus discipulis, turbæ
te comprimunt, & interrogas, quis te tetigerit dixisse: tetigit
me aliquis. Sensi enim uirtutem exire de me. Inde pauefactam
mulierem, rem aperuisse. Ecce monstrauit dominus, etiam se
non agente, fidem propositum suum assequi. Contra inuenimus,
Christum etiam uolentem non potuisse signa ædere in
incredulis. Et non poterat, inquit Marcus, ibi uirtutem ullam
Capite 6. ædere, nisi quod paucos infirmos impositis manibus sanauit,
ac mirabatur propter incredulitatem eorum. Num id impotentiæ
domini ascribemus? an ignorante & inuito domino
mulieris profluuium constitisse putabimus? Sed dispensationis
fuit, ut ostenderet fidei uirtutem. Quomodo & illud dixit.
Lucæ. 8. xit. Fides tua te saluum fecit, fiat tibi sicut credidisti & cæte-
Roma. 3. ra, Imò & iustitiæ fuit, non enim fraudat deus fidem nostrā,
cui omnia subiecit. Videamus mirabile, et terribile opus dei.
Ipse omnipotens omnia nobis communicat, quæ in ipso sunt:
omniū quæ ipse potest, nobis potestatem facit per fidem, neq;
distribuit aut separat potentiam suam, sed perinde ac lucem
quandam indiuisam in nos transfundens, implet ac circūfundit
nos omnipotentiæ suæ uirtute, ut sit omnia in omnibus, &
nos omnia in ipso. Igitur fides nostra aliud non est, quàm ostium
quoddam, quo potentiæ illius ingressum patefacimus,
quod quo latius aperimus, hoc plus potentiæ intromittimus
quo magis occludimus, hoc minus accipimus. Quemadmodum,
si rutilante sole, quispiam in tenebroso carcere fenestram
siue patentius siue contractius aperit. Itaq; si orans ad deum
fidei ostium aperio, impoßibile est, ut non accipiam rem, quā
peto, & quo magis aperio, tanto largius, quo minus, tanto
etiam parcius

etiam partius, accipio: uel potius intromitto, non quidem recenter ex thesauro gratiarum dei proditam, sed uniuersim infusam, ac sua sponte inundantem. Veluti, si urgenti aquæ occlusum foramen patefaciam. Vnde Christus uolens fidem, quæ in nomine ipsius est condere, & nobis declarare: dixit. Ego sum hostium, per me si quis introierit saluabitur. Est igitur in thesauro dei omnium rerum potestas. Est & in potestate hominis quidlibet & quantulibet intromittere, fidei ostio aperto. Ita si uoluero dæmonia eijcere, lãguores curare, mõtes trãsferre, aquas inambulare, sapientiã uel prophetiã, uel peccatorum ueniam, uel ipsum regnum dei consequi: omnia sunt in thesauro dei: cuius mihi potestatem facit. Nec restat nisi ut fenestram laxem. Verum ita: ne adhuc uelum, aut nebula aliqua intercedat, ingressum luminis impediens, id est, ut in certa & non fluctuanti fide credam. Et ecce omnipotens sum, in eo, qui omnia potest, & me uoluit per fidem suam compotem facere. Quod si arcũ fuso, & me expectanti lumini ingressũ hunc non patefecero: orem, ieiunem, me affligam, dilaniem, nullo nixu, nullis operibus, nulla cura fiet, ut uel tantillũ assequar, nisi præueniẽte meã fidẽ gratia, et bonitate dei. Neq; dei largitoris est culpa, quod non accipio, sed mea qui ei, quod iam præbitum est ingrediendi copiam non facio. Veluti terra gelu constricta, quæ imbrem non recipit super se uenientem. Verus itaq; est qui dixit. Regnum coelorum uim patitur, & uiolenti rapiunt illud, uidelicet per fidei potentiam. Quod dictum illi simile est, quo dicimus, mulierem tactu fimbriæ uiolenter sanitatem rapuisse. Iam enim intelligimus gloriam non esse tribuendam fidei nostræ, sed ei, qui dat, quod apprehendamus. Sicut non eius, qui aperit fenestram lumen est, sed

Ioan. 10.
Colloss. 2
Math. 15.
Eodẽ. 17.
Collo. 2.
Philip. 4.
Psal. 58.
Math. 11,
Lucæ. 8.

solis, qui irradiat. Tā & si nō infimæ strēnuitatis est hoc ostium aperire, imò prope supremæ, ut merito dei donū dici possit. Vnde bene orauerūt isti, domine adauge nobis fidē. Est

Lucæ. 17. enim fides omnium uirtutū, si nō sublimior, tamē rarior, & excellentior, quantū ad humanas uires, propterea quod difficilior. Nā quantū ad deū maior est omniū charitas. Fides enī, si recta & uera est, omnē humanā cōditionē et corporeos affectus, ac ipsam etiā mentis naturā, ut exuat necesse est. Vnde se propemodū ex homine in deū transformat concipiendo in mente sua, quod neq; sensu neq; acie mentis attingit. Et sic quasi ex nihilo creando substantiā quandā, quæ in ipsa tantum fide creatrice, & per ipsam in argumento consistit, atq; habetur. Quod cum propriū & peculiare dei opus sit, cōmunicat etiam deus ipsi fidei potentiam, quæ propria creatoris est, ut ex nihilo, hoc est, sine naturæ adiutorio, iam oīa faciat, & consequatur, propter uirtutis eminentiam, quæ ab elementis huius mundi, atq; omni humana sapientia & prudentia se auertens ipsa sui operis est causa. Adeo ut eam potestatē etiā superstitiosæ & reprobæ fidei deus non negarit. Quēadmodū in maleficijs, incantamētis & fascinatiōibus uidere licet. Nā qualēcūq, in rem obtutū suū fides figit, illius uult deus etiā compotem fieri, siue bonā, siue malā propter ipsius fidei excellentiā, & honorē creatoris. Non quod deus malorū sit causa uel o-

Roma. 9. rigo, sed quia eadē est potestas creatoris facere uasa miseri-cor

2. Thi. 2. diæ in honorē, & uasa iræ in ignominiā. Eadem potestas facere bona, & permittere mala, eadē potestas uiuificare, &

Roma. 13 mortificare. Ita & fidei potestas per imaginem creantis. Verū quia omnia quæ à deo sunt, bona & ordinata sunt, non potest fides, quæ secundum deū est, nisi bona & ordinata, con-

cipere aut

cipere, aut producere. Cognoſcitur ergo & fides ex fructi- Math. 7.
bus ſuis, an à bono, an à malo ſit. Quãuis id admodũ diffici-
le ſit ei, qui donũ diſcretionis ſpirituum non habet. Videmus 1.Cho.12.
enim idem opus ex fide quæ ſecundũ deũ eſt, & ex alia quæ
reproba eſt fieri. Quẽadmodũ dicit ſcriptura Quod ſigna
quæ fecit Moſes in conſpectu Pharaonis fecerũt & magi ſimi Exodi. 7.
liter. Sic in Iudicũ & Regnorũ libris legimus ꝓphetas mul- Vt 3.Re.
tos. Qui & ſi ueritatis ſpiritũ habere uiſi ſunt, dei ſermones 22.d'Sede
eloquentes, tamẽ fide reprobi inuenti, irã dei meruerũt. Opor chia filio
tet igitur fidẽ, quæ ordinata, & ſecundũ deũ eſt, regulã acci- Chanaã.
pere atq; ordinari ex illo magno mãdato, dilectionis dei, & Math.22.
proximi. Sine qua neq; iuſtus eſt, qui fidem habet, neq; opus
eius ordinatũ eſt. Poteſt enim quis fidẽ habens, etiã ad glori
am ſibi parandã, uel ut fidẽ ſuã probet aut exerceat, uel ut lo
cũ ædificio faciendo æquet, aut alia ex cauſa, montes transfer 1.Cho.13.
re, ſed ipſe nullus eſt, quia ex hac radice charitatis in deũ, uel
erga proximũ, id non fecit, Paulo atteſtante. Sic ſi deũ unum
credo, ipſum diligens, & me ei ſubijciens: ordinata eſt fides
mea. Alioqui & dæmones hoc credũt, ſed odiũ quod credũt. Ia. 2.
De tali igitur fide omnis ſermo noſter ſuperior fuit. Cæterũ
fides ad charitatẽ quidem proximi tendere uideri poteſt, ſed
gloriã dei creaturæ tribuit, ueluti illorũ qui characterũ, uer-
borũ, uel rerum ſpectris morbos curant, aut quæ deo quidem
honorem dat, ſed charitatem in proximum temerat, ſicut Si- Actu. 8.
monis illius, qui queſtus gratia donum impoſitionis manuum
comparare uoluit, utraq; reproba eſt, & homini perni-
cioſa. Quia in dilectione dei radices non fixit. Igitur mala
fides ut ſit neceſſe eſt, & tamen uidemus eam ſigna ædere.
Id uero quid miramur? cum cernamus eos quoq;, qui deum

abnegantes dæmonum uolũtati ſeſe deuouent, eorumq́; præ-
ſtigijs utuntur, ac ex profeſſo, dataq́; opera charitatem proxi
mi offendunt, multa maiora quandoq; facere, homines ledere
atq; etiam interimere. Quod ego quidem non dæmonum po
teſtati tribuerim, ſed fidei uirtuti, cui deus nihil potentiæ uult
decedere, adeo ut citius permittat hominẽ in corpore offendi,
aut perimi, ſegetes tempeſtatibus diſsipari, urbes & regna
perire, quam fidem ſua poteſtate deſtitui. In quo iuſtitiam &
1. Cor. 3. magnitudinẽ bonitatis dei nos agnoſcere oportet, qua qui re-
cte utuntur ædificant ſuper ea tãquam lapide in fundamentũ
æterno poſito. At qui ea abutuntur, donum dei in ſua impie-
tate prophanantes, cum non poſsint ipſi ferre magnitudinem
ſuam, ſicut angelus ille lucifer ſub ipſo ſuo pondere corruũt,
Eſaiæ. 14. cadensq́; ſuper eos lapis ille, conterit ipſos. Atq; ita dei boni-
Math. 21. tas, ac ipſa eorum magna quidem, ſed corrupta fides, eis uer-
Eſaiæ. 28. titur in interitum. Cum autem à deo nihil niſi bonum profi-
ſcatur: omnium uero malorũ diabolus caput ſit & autor, fa-
teri oportet, omnem fidem, quæ ſecundum deum ordina-
ta non eſt, & iam mala eſt, ſecundum diabolum eſſe, eiusq́;
organum: quo hominum mentes à deo auerſas in ſe ſuiq; ob-
ſequelã rapiat, ac uanis ſuperſtitionibus ludificet. Quippe ut
oſor eſt omnium dei operum: quo etiam hac nobili uir-
tute in ſuam malignitatem abuti, & ex fide aliena laqueũ ſi-
bi nectere poſsit, fraudibus imbutus. Sciens ſimplicium mentes
plerũq; credulas eſſe atq; ideo ſuperſtionibus deditas, quem-
Gene. 3. admodum olim Euæ innocentiæ abuſus, ſpecioſi pomi ſuauita-
te captã illexit primũ, mox dei præcepto in ſuæ fraudis cõmen
tum uerſo, credentem in peccati reatum pertraxit. Ita hic idi-
otam quempiam dei timore uacuũ nactus, obiectis illecebris
in deſyderium

in desyderium potiundi uoti ducat, consilij expertem in superstitionem uocat, ac eius fidem iam per se sibi blandientem souet, nutrit, subleuatq; sensim, ut demum in fastigium ductam suæ libidini accommodet. Atq; ita eius ueluti lenocinio utitur, perq; ipsam quasi consentaneum sibi instrumentum miseram animam, ueluti in naue gubernator, quorsumlibet circũfert. Nec minus interim hominem ipsum ut in officio seruet, captat palpat, tractatq; blandule mille artibus. Vnde uidimus eum ad hunc ludũ semper eligere homines rudes, uanos & in omnem partem ductibiles, plerumq; uero mulierculas ipso sexu flexiles ab Eua illa accepto experimento. Itaq; manifestum est non tantum Christum, sed etiam Sathanam ostium esse interdum, per quod si quis ingressus sit, non quidem saluatur, sed mactatur & perditur. Sicut enĩ Christus per fidem omnẽ iustitiam in nobis operatur, in salutem, ita diabolus per eandem fidem omnem iniquitatẽ in nobis operatur in perditionem Quod si ipse ostium non est, agit tamen, ut ostiarius fiat, deo id permittente, cuius bonitatis excellentiam in nostra potentia non agnoscimus. Vt igitur redeamus ad id, cuius gratia hanc digreßionem fecimus, clarũ iam esse putamus, hominem non in uniuersum iustũ esse, si unius fidei iustitiam est consecutus, sed unũquodq; opus ex sua fide iustũ dici, & hominẽ singulas iustitias accipere. Vt uel iustus precator, uel iustus largitor dici poßit. Constat præterea non esse nobis fidendum omni fidei, cum uideamus etiam malam, tum & exitialem fidem esse, ut etiam diaboli laqueus fiat, ad nos ipsos innectendos perdendosq;. Necesse itaq; est, ibi uniuersam iustitiã quærere, ut salui fiamus, ubi summa est omnis iustitiæ, & salutis nostræ, hoc est per fidem in Iesum Christum, qui per obedientiam suam

Gene. 3.

Roma. 4.

Math. 3.
Philip. 2.

omnem nostrã iustitiam in uno suo corpore consumatam patri pro nobis offert. Ac ueluti fons quidam iustitiæ nobis donat, ut opera iusta in fide sui faciamus. At uero ne etiã sic de fide, quam iã omnipotentẽ fecimus, aliquid nobis arrogantius ascribamus, quasi iam in arce nobis positis, nihil desit, quo simul discamus cum reuerentia laudes fidei extollere, nec securas facere mentes hominũ in fide quiescentes. Quasi necessariũ non sit proprio studio ad alia pergere, sed operanti in nobis fidei omnia committere. Consyderemus adhuc aliquid, quo finẽ faciemus fabulæ. Confitemur, ac non minus salubriter q̃ uere gloriamur, tunc fidẽ nostrã perfici, & potentem

Roma.2. esse, si neq; operibus, neq; ullis uiribus nostris fidentes, tota mentis fiducia in deum feramur, firmiter credentes eum bonum & ueracem esse: ac nostræ fidei compotes nos facturũ.

Math.15. Vt uerbi gratia. Tota fiducia credo me fructũ orationis meæ à deo accepturũ, credo me Christũ in paupere cibantẽ inter benedictos à dextris præmia accepturũ, omni fiducia credo, me in fide crucis esse saluandũ, credo Christum non meis, sed suis meritis ea mihi præparauisse in cœlis, quæ nec oculus ui-

Phi.1. dit, nec auris audiuit ut iã mortalis uitæ fastidio cupiã dissolui, & esse cũ Christo. Quid quæso maius quispiam à nobis ad perfectionẽ fidei exigat? quid reprehendat? ut nõ etiã iusti

Math.12. ficatos nos dicat? At dic mihi ó homo, nũquid ex ipsis tuis uerbis iudicaris, bestiã illã philautiã apud Græcos formosam quidem, sed cæcã, quã nos amorẽ suijpsius uocamus, adhuc in te manere? An nõ conuinceris te crucẽ & omnia dona Christi in tua cõmoda traducere? aut nõ accipere, nisi tibi quoq; usui sint? Nõ quidẽ male facis tuã salutẽ appetens, aut ad brauium,

1.Chor.9 ut accipias, currens, aut fruitionem desyderãs bonitatis dei &

donorum

donorũ Christi. Nam & propterea currimus ut apprehẽdamus. Et licet nobis hoc modo nostra quærere, id est, beatitudinem nostrã, ad quã & creati sumus. Sed si huic bono affectui tuo, etiã dilectionẽ non adiunxeris dei, eius uoluntati te per omnia obediẽtem atq; conformẽ faciens, quod dilectionis est propriũ, certe prorsus uidebere, nõ quæ dei, sed quæ tua sunt quærere, ut iam & si fortasse bonus, non tamen iustus co- 1. Cho. 13.
ram deo habeare, & fidei tuæ fructũ perdas. Cæterum si in hac fide & mentis fiducia manens dixeris. Confido quidem Christe per te mihi omnia tributa esse, quibus utinã mihi carne resoluto liceat perfrui, & tecũ qui omniũ bonorũ es fons & Roma. 9.
gloria, perpetuo esse, tamen figmentũ tuũ sum, tu scis qualem 2. Thi. 2.
me creaueris, quid de me statueris, sim ne uas in honorem, an Math. 26
in ignominiam, tua uoluntas, non mea fiat, mihi satis est, ut te diligam. Si modo etiã abs te me diligi sciero, si me in gloriam tuam uocare dignaberis, tuæ supereffluentis misericordiæ erit donum: fiat uoluntas tua: tibi soli honor. Sin me in abyssum inferni trudere uis, & hoc tuæ in me benignitatis est signum, qui nõ sum dignus, quod memor sis mei, aut reputes me, ut etiam de me cogites quippiã: nec in inferno cessabo confiteri tibi, teq; diligere: quia enim creatura sum, nusquã sum, ubi te creatorẽ in me nõ habeã, nõ teneã, non etiã amplecter: & si descẽdero ad infernũ ades, fiat uolũtas tua: Benedictus & iustus Psal. 138.
in omnibus operibus tuis. Si quoq; in corporis carcere reti- Psal. 144.
neri me adhuc uis, affligas, crucies, totũ mundũ in me concites & conijcias q̃ diu & quantũuis dignus sum, qui perferã, si præmia cõferes, nõ meũ, sed tuæ benignitatis est. Nam & hoc tuum donũ est, qđ te diligo, idq; mihi pro oĩbus sufficiat. Ecce hic adest Pauli uerbũ & affectus. Mihi persuasum habeo, qđ

neq; mors

Roma. 8. neq; mors, neq; uita, neq; angeli, neq; principatus, neq; potestates, neq; instantia, neq; futura, neq; altitudo, neq; profunditas, neq; ulla creatura poterit me separare à dilectiõe dei: quæ est in Christo Iesu domino nostro. Nũquid hæc demũ est uera atq; cõsumata fidei perfectio? nunquid iam primum incipit deus poßidere & nos & fidem nostram, ut sit unus in nobis: & nos unum in ipso, & ipse omnia in nobis?

1. Cho. 13. Quousq, enim meum aliquid esse dico, nõ est ipse omnia in me. Porrò ut Pauli exemplis utar. Si omnem substantiam meã in ea quam prædixi fide, in pauperes erogauero, & non etiã per charitatem misericordiæ uiscæribus cõpunctus, super indigentia fratris, quæ mihi ex eleemosynis iustitia? Bene quidẽ facio eleemosynã dans, sed propter me facio, non tanquã meũ bonũ diligens & præmia expectans, ac sic bonum eleemosynæ, quod est charitas proximi, in mei ipsius charitatem conuerto, & alienum bonum propriũ facio, cũ ediuerso omnia, quæ in me bona sunt, in dei gloriam, & proximi utilitatem à

1. Cho. 13 me conuerti oportuisset. Rursus si tanta fide pollcam, ut etiã montes transferam, idq; non fecero, ut fratrem uel ab infidelitate Christo adducam, uel iam adductum ædificem, uel etiã, ut dei gloriam in magnis operibus eius manifestem, uere di-

1. Cho. 13 cere possum cum Paulo. Nihil sum quantacũq; fide excellam. Ideo ipse post fidei, & omniũ dotiũ spiritualiũ doctrinã de

1. Cho. 12. hac re locuturus Corinthijs præmisit. Excellentiorẽ uiã uobis ostendo, & alibi ait, Manent tria hæc, fides, spes, charitas, sed maior horum charitas. Ea enim facit, ut omnia nobis cooperentur in bonum fideli proposito operantibus, ut siue in rubeis, siue in candidis uestibus, siue in cantu, siue in organis, siue in fermento, siue in azimis, siue pascha, siue quadragesima, siue cum

ma, siue cum apostolis, siue cum publicanis, dūmodo in charitate dei, & sine offendiculo proximi, per fidei spiritum fiāt, omnia imputentur in bonum à deo cordium inspectore. Cauti itaq; sint milites nostri, ne charitatem abijcientes, etiam fidei tam splendida potentiaq; arma in hostem moturi amittāt. Opera teneant in fide: fidem in operibus exerceant: à neutris charitatem separent: charitas ipsa opera faciat, charitas credat omnia. Ipsa est nobilis illa opifex, quae & fidem & opera producit, in ipsa secure recumbentes possumus opera expectare: non enim est ociosa: fidem impellit, opera clarificat, omnia iustificat: qui deus est charitas. Est igitur cōcatenatio quaedam eorum quae diximus. Opera quidem extra fidē nihil sunt: tam & si & ipsa, si per se bona sunt: praemijs non carent: sed extra ecclesiam sunt, nec deo digna. Quae uero in fide fiunt: habent honestum locū in ecclesia dei: & apud deū per fidem cōmendata habentur. Fides absq; operibus iam magnū quid est: completur aūt magis in operibus. Duo haec & si praestantia per se sint, tamē sine charitate iustitia uacāt, ut quae adhuc ex affectu humano & sui amore pendeant. Charitas super omnia est, sui desertrix, dei assecla, in deo ꝓpter ipsum, & in proximo propter deū haerens, ac caetera ōia in deū secū rapiēs. Habet aūt unūqd'q; pro sua dignitate & praemia sua apud deū, ut de his uideatur locutus esse propheta Dauid. Calix in manu domini uini meri, plenus mixto. Psal. 74.
Et inclinauit ex hoc in hoc, uerūtamen fex eius non est exinanita bibent omnes peccatores terrae. Habet dominus in calice merum, habet mixtum, habet & fecem. Dat ex eo huic, dat illi, singulis pro merito, merum meris: mixtum mixtis, fecem feculentis. Quibus merum? nempe quos charitas ab omni humano

humano contagio in deum transtulit, atq; ideo mixtum ijs qui ad deum quidem per fidem gradientes, tamen ad sese conuertuntur. At fex eijcienda erat, mundana extirpanda, quia re-
Psal.61. gnum Christi non est de hoc mundo. Verùtamen non fraudat deus mercede, etiã mundana opera in Christi nomine facta, sed in fece operantibus, fecis poculum donat, mundana cõfert mundana quærentibus. Hæc summa est eorum, quæ longo uerborum tractu diximus. At si cui uidebuntur immodica fuisse, ueniam impetrabit causæ magnitudo, & nostrum inuicem studium in ecclesia dei. Neq; minus fortasse præstiterit hoc in loco diutius fuisse immoratos ut in reliquis liceat esse continentiores. Satis enim erit comminisci tantum eorum, quæ hic connexa multo sermone comprehendimus.
28 Quæ si uere &c. Quæ charitatis insignia sunt, hic ferè fidei tribuũtur. Charitatis enim hæc propria sunt, ut non sinat nos ociosos, quia ipsa ociosa non est, ut operetur liberaliter. Quia
1.Cho.13 non quærit quæ sua sunt. Hilariter quia foras mittit timorem.
1.Ioan.4. Deo se submittit, atq; obediens est, quia diligit & nõ cogitat
1.Cho.13. malũ. Expectat aũt nihil, hoc enim fidei est insigne, oportebat certe cuiq; uirtuti sua decora relinquere, nec confundere. Nõ enim maiora habet ecclesia, aut fortasse ex fide charitas oritur, quod uidentur hic dicere uerba, maxime loco xxxi. non utiq; fatemur. Sæpe enim fides charitate est uacua, ut uidimus.
1.Cho.13 Et sæpe charitas fidẽ præcedit. Imò eam ut etiã pariat, ei est proprium, quia charitas omnia credit teste Paulo.
34 Quales sunt hij omnes &c. Recte ait, qui his confidunt, & his conantur ad deum peruenire. Hoc quippe est, quod corrupit in ecclesia operum dignitatem, atq; hãc turbationẽ excitauit. Hac uero confidentia sublata, quid de operibus sentiam

iam dixi,

iam dixi, & insequentibus de his melior erit occasio.
Eam ob rem &c. De iustificatione fidei superuacuum est hic aut in sequentibus repetere, quæ antea copiose dicta sunt. Infidelitatem autem hoc loco intelligo eam, quæ est de fide in Christum, non de qualibet. Nam si orans fidem non habeam orationis, non statim condemnatus sum. 35

Hanc etiam fidem &c. Dæmones nō credunt deo, sed credūt deum, uel de deo, quod quale sit ipse sensus aperit. Fateor igitur eos hanc fidē, id est fiduciam nō habere. Sed quomodo etiā de deo fidē nō habeāt, sed solā opinionē non intelligo. Magis fortasse accederē, si dicerentur non fidē, sed scientiam habere de deo. Nec enim obliuio in eos cadit, ut exciderint ea, quæ dū in luce starent, cognouerūt per lucē naturalē eis infusam. Vt hij quoq; spiritus, qui nūc cœlestes sunt. Sicut enim sciunt deū esse unum æternum bonū, ita & ueracem incōmutabilemq;. Nec illi propterea iusti, aut minus impij sunt, sed multo magis damnationi & impietati eorū hoc accedit, dū eo, quē talem cognoscunt, frui nō licet. Imò uero & odiunt cognitum. Psal. 73.
Nunquid dei scientiā atq; arcana nouit, loquēs ad Euam. Scit deus, quod in quacūq; die comederitis ex eo aperientur oculi uestri, & eritis sicut dij, scientes bonū & malum? Annon etiā nunc putamus, eum certius omnia quàm nos tenere de deo, de Christo, de nostra sublimitate in Christo, in maiorē sui pœnā. Vtinam nesciret, minus fortasse nobis insidiaretur. 36 Gene. 3.

Impijssima est &c. Graue uerbū: sensus rigidior, nihil distinguens, in quē syncera mens facile impinget. Ergo impius est Paulus: impij alij apostoli: quorum doctrinæ & præcepta de operibus bonis in tanta sunt copia: ut etiā libri: nedū sententiæ pferri poßint. Quod si de opibus, neglecta fide uel charitate 40

intelligi

intelligi uult, acquiesco, sed clarius dici oportuit. Satis aũt hæc
in superioribus explanata sunt.
44 Quilibet Christianus &c. Intelligo de ijs qui ad perfectio-
Gala.3. nem libertatis attigerunt, hoc est de iustis. Nã qui adhuc in-
Ioan. 8. firmi sunt, pedagogo indigent. Qui uero in lege peccati deti-
2.Pet.2. nentur, seipsos seruos fecerunt, omni libertate amissa. Atq;
ideo legibus & constitutionibus humanis adhuc dirigendi &
1.Thim.1 compescẽdi sunt. Quod & Paulus docuit Timo. De ijs loquẽs
qui aberrantes à uera præcepti ratione, uidelicet, charitate, cõ
scientia bona, & fide non simulata, uanis suis doctrinis quas-
1.Thi.1. dam leges fidelibus constituerant: de quibus ait. Scimus autẽ
quod bona sit lex, si quis ea legittime utatur sciẽs illud, qđ iusto
lex nõ sit posita, sed ĩiustis et inobsequẽtibus, impijs, & pecca
Ibidem. toribus irreuerentibus, & prophanis patricidis, & matri-
cidis, homicidis, scortatoribus, masculorum concubitoribus,
plagiarijs, mendacibus, periurijs, & si quid aliud est, quod sa
næ doctrinæ aduersetur, secundum Euangelium beati dei. Ha
bemus igitur etiam nobis Christianis esse opus legibus &
præceptis: propter eos qui tramitem non seruant doctrinæ
Euangelicæ: cui aduersantia, cum plurima sint, quæ neq; in dic
to ecclesijs Euangelio sunt conscripta, neq; à rudibus possunt
deprehẽdi, oportebat utiq; ab ijs qui luce sapientiæ magis emi
nebant ecclesiarum præpositis, charitatem, fidem, & bonam
1.Thi.1. conscientiã, præcepti finem statuentibus leges, & decreta con-
di. Quibus ueluti freno illi ducerentur cohiberenturq;, illis
præsertim temporibus cum iam inciperet tepescere feruor il-
le spiritus Christianæ synceritatis. Legimus enim & Paulum,
Actu.15. cum pertransiret ciuitates, tradidisse fidelibus seruanda de-
creta, quæ erant ordinata ab apostolis & presbyteris, qui
erant Hiero

erant Hierosolymis. Id si in uiridi factum est, in arido quid non facto opus est? Alioqui quis modus, aut quis finis euagationum? Olim ex ouili domini, una fortasse ouis ex centum, euagata est, nostris seculis uix una relicta, nonaginta nouem errabundæ euagantur. Sed fortasse ideo, quia præsepia rimosa dehiscunt, non habentia coassationem in glutino spiritus dei. Hoc est, præcepta, quibus fideles arceri debent, non sunt ad finem illum, quem diximus ordinata, neq; tabulis charitatis, ac fidei coagmentata. Igitur leges & decreta necessaria sunt, sed ita eis utendum: ne sint tendiculæ ad irretiandas hominũ facultates, neue ex ouili domini carcer aut tormentũ fiat, sed sint iustitiæ & ueritatis disciplina, ut charitatis & sanctæ eruditionis sepibus in libertate sua oues retineantur, aut si quæ lapsæ & iam perituræ sint, non canibus urgentibus & carnem earum appetentibus, sed in humeris pastoris ad stabula reducantur. Itaq; sic gaudeamus libertate nostra, ne etiam omne iugum disciplinæ excutiamus, in animo uersantes, quod etiã angeli lucis cadere potuerunt. Deinde quid obstat, ut etiam bonis ordinationibus ad ea quæ dei cultum & reuerentiam spectant, non debeamus regulari? qui acies discretionis non habemus: neq; adhuc iusti sumus. Nam in hoc quoq; pastorũ cura officiumq; esse debet, ne simus sicut equus & mulus in quibus non est intellectus. Debent enim non modo ne discedamus, sed etiam ut approximemus ad deum, in chamo & freno maxillas nostras constringere, non quasi necessariæ sint hæ regulæ, sed quod conferant ad institutionem nostram, & nos aliquid in ecclesia operaturos secundũ normam rectæ rationis, & honestatis ducant: ne si quisq; suas adinuentiones secutus, quælibet pro sua uoluntate egerit, dissonantia

Lucæ. 15.
Ezech. 13 et 34.
Lucæ. 15.
Esaiæ. 14.
Psal. 31.
Ibidem.

nantia aliquã uel turpitudo ecclesijs ingeratur, ut iam fieri ui-
demus plus nimio, sed quemadmodũ uidemus exorcismos, li-
tanias, orationes, pro pace, serenitate, & similibus, cõmemo-
rationes incarnationis, paßionis, resurrectionis dominij &
alia multa non reprehendẽda in ecclesijs seruari, qualia &
apostolos legimus multa tradidisse. Alia quæ huc spectant su
perius diximus ubi de operum ratione sermo fuit.

45 Ex his insania eorum &c. Non puto quempiã adeo stultum
fuisse ut dixerit regiam potestatem huius seculi, aut sacerdotiũ
externum originem accepisse ex libertate Christianæ iustitiæ.
Propterea non est locus de sacerdotio disserendi.

48 Non quidem multo murmure &c. Nõ est hic repetendum,
Roma. 2. quod antea sæpe diximus, nõ habere nos potestatẽ iudicandi
Iaco. 4. conscientiam fratris, in his quæ per se citra peccatũ fieri pos-
sunt, quodq; talia non modo absq; dei offensa, sed nõ nũquã
etiã salubriter & instituuntur & geruntur. Modo certum no
bis sit, ea non neceßitate aliqua iuris diuini aut nostræ salutis
geri, sed alio etiã modo posse fieri. Quod debent hij qui uer-
1. Cho. 13 bi ministri sunt populo sæpe dicere & inculcare, simplices
erudire, omnes ædificare ut dei cultus purus sit. Quod igitur
ad horas canonicas attinet: nemo improbare potest, lectionẽ
scripturarum ueteris & noui testamenti per anni tempora
digestam distributamq; esse, ut pro mensium ratione quisq;
Psal. 118. habeat, quo exerceri poßit in ecclesia. Deinde mẽstrua quoq;
officia in diurna, illa quoq; in septenas horas partita distin-
ctaq; esse, quid habet noxæ? Quippe quod illustriũ uirorum
inuentũ fuit hoc maxime curantiũ, ut imperiti uulgi mẽtes his
ueluti gradibus ad dei præconia leuarent, psalmodia dũtaxat
ecclesijs primum tradita, postea etiam precationibus & lau-
dibus rituum

dibus ritum & uerba præscribentes, ut his ueluti sapionibus fulti in deũ ascenderent, quibus spiritus adhuc terrenus esset. Tum hij quoq; qui iam ad superna spiritu transuolare poterant haberent regulã, qua possent dignitate seruata, uerbis rationabilibus atq; discretis deuotionis suæ orationẽ proferre. In quo an corripiendos eos putamus, quasi terrena docentes & spiritui legem statuentes? cum ueros adoratores in spiritu adorare sciamus? labiorum uero & cærimoniarũ honorem Iudaismi esse reliquias affirmemus? Non utiq; hoc uidetur ita se habere: uerũ etiam docendos esse Christianos, ut non mente solũ, sed etiã prolatis discretisq; uerbis mentẽ in sese cõplectentibus orẽt, si possunt, aut orare discãt, si nõ possunt. Queẽadmodũ ait Paulus. Orabo spiritu, orabo & mente. Nã hebes & carnalis mens nostra cõfusa atq; impotẽs, ut se explicet, colligit sese in ordinẽ excitaturq; uerbis prolatis quibus ueluti carnali aqua ducitur, donec nacto fluxu, suopte impetu quo ducta est incedat. Vnde legimus & discipulos dominum rogasse. Doce nos orare. Dominum uero nõ solũ docuisse, sed etiam præscripta uerba statuisse, ac ipsum etiã sermone prolato orauisse qui spiritu omnẽ perfectionẽ excelluit. Quomodo enim discretã orationẽ apud deũ faciemus, nisi mẽte in ordinem digesta, ac ordine effusa? Quod sine uerbis raro aut difficulter fiet. Si igitur uerbis nos deficientibus in spiritu tantum oramus gemitibus nostris, id non perfectionis est, sed infirmitatis, Paulo attestante ad Ro. viij. Spiritus auxiliatur infirmitatibus nostris, siquidem hoc ipsum quod oraturi simus, ut oportet non nouimus. Verum ipse spiritus intercedit pro nobis gemitibus inenarrabilibus, at ille q scrutatur corda, nouit quis sit sensus spiritus. Diligentibus aũt deũ omnia

Ioan. 4.
1. Cho. 14
Lucæ. 11.
Math. 6.
1. Cho. 14
Rmao. 8.
Ibidem.

adiumento sunt in bonū &c. Vides spiritū supplere, quod in nobis deest, quanto cōsummatius erit opus, si nihil defuerit. Sicut aūt ignis nō ardet, nisi in lignis aut alia materia. Ligna aūt ardorē nō habent, sed fomentū sunt & excitamentū ardoris. Ardor uero ipsius ignis est. Sic oratio nō uerbis, sed spiritui tribuitur. Verba aūt fomentū sunt in quo spiritus colligitur, sicut ignis in lignis. Nostra igitur Christianorū oratio in spiritu ignita est, Iudeorū uero lignea, in uerbis tantū & exteriori ritu ardorē quærēs, nec spiritū excitans. Vt merito
Esaiæ. 29. dictū sit. Populus hic labijs me honorat. Nūquid igitur be-
Math. 15. neficiū præstiterūt ecclesijs, qui regulā rite ordinateq; orandi tradidere, ut iā uerba possent spiritui adiumēto esse ad perfectionē, nō spiritus uerbis tantū, ad consolationē infirmitatis nostræ. Num & nos oraturi, si antea nobis uerba texerimus, quæ postea proferamus, ut reuerenter & decenter oremus, dicemur uani, aut curiosi esse? Imò existimo ita expedire, ne postea defluamus & circūferamur orātes. Quanto maiorem gratiā debemus ijs, qui illa iā nobis præstitere affluētius, quàm stupida mens nostra nobis afferre potest. Sunt enim spiritui dei, & fidei uerbis plena, uetera dico illa florētis ecclesiæ monumēta, nō iocularia ista, & frigida, quæ simul cū ambitione & auaricia ecclesijs obrepserūt, atq; indies magis uires sumūt, nō minus irreligiose q̄ fœde. Mixta enī ueteribus, eorū maiestatē prope sordidauerūt fabulis, ineptijs, & inani fastu plena, ut corā Iudæis & Ethnicis fateri pudor sit. Itaq; res ipsa improbāda nō est, sed abusus: quē emendari etiam dei honor iā postulat, ecclesiastico cultu in priorē grauitatē restituto. Neq; fuit indecora olim illa septenaria precatio, uetustate etiā nobilitata, tantum abest ab apostolis improbatā fuisse

iactis iam

iactis iã fidei fundamẽtis: ut etiã legamus Petrũ & Ioannẽ Actu. 3.
ad horã orationis nonã in templũ ascendisse. Verũ nostro nũc
æuo priscus ille usus in eo adeo obsoleuit, ut ignoremus, quæ
sit tertia uel nona hora, aut Vespere, iamq; nõ liceat nobis di Psal. 118.
cere. Septies in die laudẽ dixi tibi. Sed hoc. Vespere & mane, Psal. 54.
& meridie narrabo &c. Satius igitur fuerit prisca à nouis
discerni, q̃ aboleri. Nihil enim oberit etiã obseruari si fidẽ re-
ctam tenentes iustificationẽ nostrã in his nõ quæramus.
Huic etiã ordini &c. Si quæ tamẽ essent, q̃ ex scripturarũ au- 51
toritate traderẽtur, nõ essent reijciẽda à bonis dogmatibus.
Externũ & uisibile &c. Sacerdotiũ hoc, quod superius & 52
hic longo tractu taxatur, nõ habuit prisca ecclesia, nec etiam
hæc nostra, sed Episcopos, presbyteros, diacones, acolytos,
exorcistas, & alios, ut nouimus. Quæ omnia ministerij uoca- 1. Cho. 4.
bula sunt, quos neq; sacerdotes usquã scriptura dixit nec dici
posse arbitror, nisi abusu uocabuli. Scimus enim sacerdotẽ esse
qui ad deũ pro populo mediator cõstituitur, ut hostias & ho- Heb. 5.
locausta offerat & pro populo oret, agatq; quæ dei sunt ad
populũ, & quæ populi ad deũ. Talẽ aũt habet ecclesia unum Heb. 4.
Christũ Iesum, qui est à dextris dei pontifex & aduocatus 1. Ioan. 2.
pro nobis factus in æternũ, ut intercedat pro peccatis nostris, Heb. 7.
apud patrẽ: neq; alium habemus in terris. Qui enim nostri
sunt Episcopi & presbyteri, nõ ipsi ex persona sua pro po-
pulo, sed una cũ populo & ex populi persona orant, conse-
crant, & alia omnia in ecclesia faciũt. Ita ut & ipsi de popu-
lo sint, tantũ ut seniores, totius populi uice & ore, ipsi loquẽ-
tes. Quod in canone missæ, ut uocant, & omnibus orationi-
bus ecclesiæ uidemus, nec nisi præmonito populo orant. Actu. 1.
Hi olim, ut in actis apostolorũ legimus, suffragijs constitue- et. 6. et. 15

bantur, ut essent populo, uti seniores, ad ministeriũ uerbi dei & doctrinæ aliorũq;, quæ ad curã gregis Christi pertinebãt assumpti. Quia uero ecclesiæ, & baptismum, & alia sacramenta habebant, in quibus nõ conueniebat unũ quẽq; ut libido uel casus tulisset, usum sibi occupare, illius etiam rei ministerium in presbyteros & diacones reijciebant. Apostolorũ aũt aliquanto maiorem potestatẽ fuisse manifestũ fieri potest acta

Actu. 15. eorũ & epistolas legentibus, quod ex ea quoq; epistola, quã è Hierosolymis ecclesiæ Antiochenæ scripserunt, cognosci potest præmissa hac salutione. Apostoli, Presbyteri & fratres, ij qui sunt Antiochiæ fratribus, Salutem. Nunc uero eorum loco Episcopos habemus. Nam prima ecclesia episcopos à presbyteris non distinguebat. Illi omnes quemadmodũ eorũ autoritas magna erat, ita non sine delectu & obseruatione quadã assumebantur, præerantq; in omnibus, quæ in

Heb. 8. ecclesijs gerebãtur. Porrò usus ille, qui ad nos usq; delatus est, offerẽdi deo munera sacrificij more, ostendit ipsos presbyteros ea, quæ in pauperum subsidia fideles contulerunt, quas collectas uocabant, etiã suscepisse, & cũ gratiarũ actione deo in odorem suauitatis obtulisse, ex totius ecclesiæ persona, ex quibus etiã ipsi presbyteri benedicebãt quæ in cõmunionem

Heb. 2. corporis & sanguinis domini separassent. Nihil autem ipsi

6. & 5. sacerdotij iure agebant, tanq̃ ex hominibus sequestrati, sed oĩa uice populi quasi ipsius esset, nõ illorum opus, ut constet illos ministros tantũ fuisse. Id propterea diximus: primo, quia hoc loco istud ecclesiæ ministerium legali sacerdotio uidetur assi-

Heb. 7. mulari, & ad illius formam atq; usum traduci, quasi is esset

et. 10. ecclesiæ mos aut institutio, & iam nobis Christus nõ sufficeret, idem sacerdos & hostia, semel oblata per ipsum, qui & semel in

semel in sancta introiuit ut interpellet pro nobis, quos san- Heb. 9.
guinis sui aspersiõe sanctificauit, deinde ne contẽptibile uidea
tur donum istius presbyterij, quod in ecclesia habemus, cum
scribat ad Timo. Paulus. Noli negligere gratiã, quæ in te est, 1. Thi. 4.
quæ data est tibi per prophetiã cũ impositione manuũ presby
terij. Et postea. Qui bene præsunt presbyteri duplici honore Ibidẽ. 5.
digni habeantur, maxime ij qui laborant in sermone & do-
ctrina. Et ad Tessalo. Rogamus uos, ut agnoscatis eos qui 1. Tessa. 5
laborant inter uos: & qui præsunt uobis in domino, & ad-
monent uos, ut habeatis illos in summo precio per charitatem
propter opus illorum pacẽ habete cũ illis. Quapropter mo-
destius utiq; fuerit sentiendũ, & loquendũ de Episcopis, pre-
sbyteris, ac alijs, quos habet ecclesia, non solũ ijs qui præsunt
& laborant, sed etiã de alijs propter honorẽ istorũ. Nõ enim
tantũ hominũ sunt ministri ad deũ, sed etiam dei ad homines,
dicente Paulo. Sic nos existimet homo ut dei ministros. Ideo 1. Cho. 4.
nõ solũ ab hominibus ordinati sunt, sed etiã tanq̃ à deo missi, Lucæ. 10.
atq; uocati habendi sunt. Si qui igitur donum quod habent ne- Roma. 13
glexerint, ipsi respondebunt ei, qui & fructũ expectat. Esto
erga oẽs simus sacerdotes, & uiri, & fœminæ, quis prohi-
bet? Nemo nobis hũc honorẽ auferens, sibi propriũ facit. Ve Heb. 5.
rũ baptisare, docere, scripturas aperire, pauperũ & uiduarũ
curã habere, pœnitentiã dare, corpus Christi consecrare, non 1. Cho. 4.
est sacerdotij munus, sed ministerij. Id ab omnibus geri, neq;
decet, neq; conuenit, neq; etiã oportet, imò neq; id uolumus,
sed sacerdotes tantum nos esse gloriamur. Itaq; episcopos, 1. Thi. 3.
presbyteros, diacones, ecclesias habere oportet. Verum oran
dus est deus: ut donet nobis, Paulos, Barnabas, Stephanos,
Timotheos, Silas, Titos, Tychicos. Si enĩ Paulus illo fœliciã tẽ-

 pore iam

Capite.2. pore iam questus est paucos se adiutores habere, ad Philip. scribens. Omnes quæ sua ipsorũ sunt quærũt nõ quæ Christi, quid miramur hoc nostro tempore raros esse fideles mini-
1. Pet. 5. stros, quales Petrus in epistola sua exigit, quales & Paulus
1. Thi. 3. ordinari uult? Sed nostra ipsorũ culpa id fieri certũ est, qui
ad Tit. 1. felices nos abitramur, si uel filiũ, uel cognatũ, uel seruum, uel opilionẽ, nostra ope, presbyterũ fecerimus. Hoc est, Mendicũ uel captatorẽ, uel tabernarũ sectatorẽ. Iam uero posteaq̃ tantam multitudinẽ ipsi ultro cõgeßimus, uno fulminis ictu oẽs uolumus perdere, ut iã neq; fratres eos habeamus, sed quasi infamia perfusos aspernemur, uix in familiam Christi eos admittentes, tanto magis iniurij in eos, quod ipsi eis laqueus fuimus si mali sunt. Si uero profeßio illa malos non faciat, ut certe mali propterea nõ sunt, nos nõ solũ impij, sed etiã crude
Roma. 14 les sumus. An nõ hic furor est? Ita ne Christi gloriam quæri mus, ut fratris honorẽ & conscientiã perturbemus, ac charitatẽ oẽm abijciamus? Nõ profecto hoc modo Christi ecclesia illustrabitur: sed pace, mansuetudine, tollerãtia, cõsolationis uerbo, & eruditione erga oẽs in charitate Christi. Quẽadmo
2. Chor. 2 dũ à Paulo docemur, ita ad Timo scribente. Seruũ domini nõ oportet pugnare, sed placidum esse, erga omnes, propensum ad docendum, tollerantẽ malos cũ mansuetudine, erudientem eos qui obsistunt: si quando det illis deus pœnitentiam, ad co-
Ibidem. gnoscendum ueritatẽ, & resipiscant à diaboli laqueo: capti ab eo ad ipsius uoluntatẽ. Vtinã nobilis hæc doctrina hoc tempore hominũ mentes percelleret. Verũ quoniã illã contempsimus, factũ est: ut res optima, & ecclesijs necessaria, peccatis nostris exigentibus, primum in abusum, ex abusu in turpitudinem: ex turpitudine in tumultum & nostrã ipsorũ afflictionem atq;

onem atq; ruinam sit ducta. Maior enim nostra qui illos persequimur, quã illorum damnatio & ruina.

Quoniã tã uano &c. Iã ante confeßi sumus Christianos his 53
ritibus nõ indigere tanq̃ neceßarijs. Indiget tamen gradibus,
qui nondum natæ sunt pennæ ad uolandum, indiget lacte,
qui nondũ potest solido cibo uesci. Et quæ iniustitia est, illa eti- Heb.5.
am à perfectis uideri aut etiam geri, modo uanitas absit? sed 1.Pet.2.
de his superius.

Parum abest &c. Nemo doctus, qui usum Romanæ ecclesiæ 61
secutus est eos spirituales appellauit: sed ecclesiasticos. Vt-
cumq; sit: non est humanæ censuræ hanc collationem facere,
inter spirituales & seculares. Deus enim scit, qui eius sunt, 2. Thi. 2.
scit & quæ spũs sunt. Si ex ueste & prophanis actis iudicari 1. Cho. 4.
hominis spũs debet: quis tutus erit ab humano iudicio? Porrò
uideat quisq; ne in hoc quo aliũ iudicat, ipse condemnet.

Hinc dubiũ est &c. De hoc quemadmodũ de alijs, dico. Si ista 63
ad honorandum ministerium ecclesiæ fiunt, tali opinione:
ut sine his etiã ritibus episcopus, presbyter, diaconus, creari
poßit, aut ministeriũ suũ exercere, ferenda utiq; essent, & ad
dei gloriã referenda: ut diximus ante. Videmus enim & hoc
in ecclesijs nostris obseruari, ut in casu neceßitatis, quiscũq;
Christianus, etiã fœmina baptisare absoluere, & similia face-
re poßit. Quæ res satis indicio esse potest, etiã uulgi opini-
one, ordini hoc ius tributũ nõ esse, sed Christianismo. Si quis
aũt stolidus, sensus sui impetu ferri uult, cur ecclesia calumniã
patitur? Ordo igitur signũ est & character uocationis dei ad
ecclesiæ ministeriũ: ne quisq; propriæ mẽtis impetu se ingerat
in opus dei. Cũ scriptũ sit, Nemo sibi assumat honorẽ, nisi uo Heb.5.
catus sit, quẽadmodũ Aaron. Et habet certe autoritatẽ aliquã,

Actu. 8. ex primæ ecclesiæ ritu. Ipsa enī si nō unctiones, tamē imposi-
1. Thi. 5. tionē manuū habebat de qua Paul. Timotheo præcepit: ne cui cito manus imponat. Alibi idē loquitur. Cōmonefacio te, ut suscites donū, quod est in te per impositionē manuū mearum. Et
2. Thi. 1. alibi. Noli, inquit, negligere gratiā quæ in te est, quæ data est
1. Thi. 4. tibi per prophetiā cū impositione manuū presbyterij, quod Erasmus transtulit autoritate sacerdotij. Non igitur etiam in primo flore ecclesiæ sine obseruatione hæc res erat.

64 Maxime cū hæc uocabula &c. Episcopi appellatio est ab opere, quasi uisitatoris: à quo etiā hodie appellari potest. Sed quid prodest nominis religio, etiam si seruū seruorū dixeris, neq; papa ambitiosum est nomen patrem significans: quod noster gentilis sermo, etiam ad alios ecclesiasticos deriuauit, papas omnes appellans, quod primū honoris gratia factum, postea fermè in conuicium gliscens æmulatio traxit. Iam uero cœpit etiam infame esse. Quid autem prohibet, sicut successores apostolorum alijs ordinibus hypodiaconos addiderunt. Ita & posteros, late se diffundentibus ecclesijs potuisse & archiepiscopos statuere, rem non sine inculpato respectu factā, quæ si prauo usu infecta est, non res, sed abusus est damnandus.

75 Exterior homo &c. Exterior homo qui ex sanguinibus &
Ioan. 1. ex uolūtate carnis & ex uolūtate uiri natus est, uoluntatē suā in carne tantum habet. Cuius impetu fertur, & ex ea pendet, nihil cogitans de lege, aut eius operibus. Qui autem ad legis
Roma. 7. opera nititur, iam utiq; ducitur aliquantulū ab interiori homine. Habēs enim legē, obedire deo uult, quod ille alter nō curat. Si uero legis impoßibilitatē sibi persuadēs in præuaricatione labitur, excutit iugū interioris hominis & iure suo incedit. Igitur hæc enūciatio de exteriori hoīe nō semper uera est.

Ex aduerso

Ex aduerso &c. Etiam isti aliquam iustitiam habent, ut su- [illegible]
perius dictum est.
Cũ potius sit argumẽtandũ &c. Hic se iã exerit charitas, & 82
in suũ opus transit. Hoc enim dilectionis est indiciũ, nõ fidei.
Imò omniũ bonorũ &c. Huc pertinẽt: quæ de carnis mortifi 91
catione supius deximus, istis nõ dissentanea. Sed oportet, ut dei Colloss. 3
dilectio ista opetur: q̃ aduersario nullũ locũ præbet. An uero
etiam præceptis debeat esse obnoxia, hoc quoq; uidimus.
Quisquis catenus &c. Sæpe inuenimus in scripturis, san- 96
ctos nõ eatenus tantũ ieiunasse: sed ut ieiunium, orationẽ, aut
aliud opus cõmendaret, & digniorẽ faceret interiorem ho-
minẽ gratia dei. Sic Moses legẽ accepturus ieiunauit. Sic Io- Exod. 34.
annes in deserto. Sic Paulus & Barnabas, creatis per singu- Lucæ. 7.
las ecclesias presbyteris, confirmãtes animas discipulorũ cum Actu. 20.
ieiunijs & orationibus cõmendauerũt eos domino: ut in actis & 14.
legimus. Videmus igitur, quod isti fructũ ieiunij non sibi, sed
aliorũ utilitati deputabant. Et certe multa in scripturis inue-
niũtur de ieiunio, quæ non possumus huc referre. Deinde de
Christo domino ieiunante quid dicemus? Discipulis interro- Math. 4.
gantibus, quare nos non potuimus eijcere dæmoniũ, respon-
dit, propter incredulitatem uestram, hoc aũt genus nulla re Mar. 9.
potest exire, nisi per orationem & ieiuniũ. Ergo ieiuniũ &
fidei robur præstat, & spiritui subuenit: nõ tantũ carnẽ do-
mat. Eosdẽ discipulos reprehensos à quibusdã quod non ieiu-
narẽt Christus defendit. Non possunt, inquiens, filij sponsi Math. 9.
lugere: donec cũ eis est sponsus. Cũ aũt auferetur ab eis spon-
sus, tunc ieiunabũt. Nunquid in carne discipuli tũc erãt? nun-
quid etiã magis carnales q̃ postea: uidelicet, ablato sponso, &
accepto libertatis spiritu? Hic ergo ieiunium luctui ascribitur

etiam commen

Math. 5. etiã cõmendato à domino dicente. Beati qui lugent. Igitur hic
locus uereunde nimis de ieiunio & alijs operibus loquitur,
tantũ non reijciens magnopere, quasi nihil etiã laudis habe-
Eodem. rent, cum dominus etiam inter beatitudines posuerit.
100 Id tamẽ caute &c. Obseruemus & hoc, ne dũ nimis cauti esse
quærimus cauterio notetur conscientia nostra. Nam fortasse
etiam alius finis quærendus est, ut sæpe diximus. Omnino
tamen iustitiam in his non quærimus.
101 Impij sunt Concionatores &c. In hac materia adeo fuimus
prolixi superius ut iam pudeat aliquid cõminisci. Vnum tan-
tum addo. Si ut hic dicit tam ualida in his est consuetudo; quo-
modo ita repente tolli potest sine offendiculo? non erit aũt diffi
cile illis persuadere, quod non sit in ipsis iustitia quærenda.
Quod cum certum habebunt, ipsa per se consuetudo in desue-
tudinem abibit, ac seipsa concidet, sine tumultu.
110 Atq; adeo &c. Hoc est, quod dixi. Interiorem hominẽ, qui iã
Roma. 7. & nouus est, uitam nõ in ipso integro homine, sed in Christo
habere per fidem. Affectus eius & opera omnia, etiam si in
proximi usibus uersentur, & subter omnia se deiecerunt; ta-
men in eundẽ Christum ferri per charitatem, ut iã animo &
corpore in Christo habitemus.
Ecce quàm optime cõuenerunt duæ germanæ, fides & chari-
Psal. 132. tas, Quã bonũ & quàm iucundũ & nos fratres habitare in
unũ: uidelicet in uno Christo. Ecce decerptis aculeis, q̃ tracta-
biles facti sunt nostri flosculi, & quàm placido gressu in hor-
tũ conclusum ecclesiæ cõuenimus. Ibi & requiescamus fulti
Psal. 84. floribus, & malis stipati. Dominus dedit benignitatem, &
terra nostra dabit fructũ suũ. Ostendit iterũ dominus eccle-
siæ lucem suam. Christus qui ueluti peregrinus nobis ignotus

factus &

factus & neglectus fuerat, per omnes ecclesias illustratur. Vbiq; eius gloria prædicatur. Non contemnamus aut uilē pu temus hanc lucē, eam opprimentes obfuscantésue, aut ita effe-rentes, ut eam in contentiones, mutua odia, atq; spectacula, ra piamus. Sed quemadmodū spiritus sanctus cū turbine & fra-gore in discipulos uenit, ut primū corda eorum cōcuteret, de-inde sanctificaret. Ita oportet nos quoq; donum dei cum tre-more & reuerentia suscipere, timentes ne illud si indigne tra-ctauerimus etiam amittamus. Si enim acceptā gratiā non nisi litiū materiā fecerimus, quid aliud agemus, q̄ quod Christum iterū nobis è sepulchro resurgentem, denuo ludificandū, expo nimus, ueluti offam canibus discerpendā proijcientes. Lumen istud cū summa obseruatione & dignitate supra candelabrū statuamus, aut si id nolumus, adhuc satius est sub modio re-condere, q̄ in uentum elocare. Verum si nō etiā supra cande-labrum posuerimus, metuamus: ne simul cū lumine etiam can delabrum dominus auferat, ut in Apocalysi ecclesijs est in-terminatus. Nam & ecclesiæ ipsæ candelabra sunt. Illud ergo lumen, ut sermonem dei suscipientes, non per contentionem aut arrogantiam, sed cum omni mansuetudine & humilitate inuicem conferamus, alteri alteros sufferentes in charitate, ad nostram mutuā & aliorū ædificationem, quomodo nos docet Paulus ad philip. scribens. Vnanimes idem sentiatis, ne quid fiat per contentionem aut per inanē gloriā, sed per humilita-tem animi, alium quisq; se prestantiorē existimet, ne sua quisq; spectetis, sed unusquisq; quæ sunt aliorum. Certe Christo digna doctrina. Quod si fuerit aliquid, in quo dubij hære-mus, hoc quoq; nobis rogantibus dominus dignabitur ape-rire. Vt idem Paulus ait ad Philipp. Si quid aliter sentitis: hoc quoq;

Actu. 2.
Marci. 16
Math. 5.
Ibidem.
Capite. 2.
Philip. 2.
Ibidem.
Capite 3.

hoc quoq; deus reuelabit. Attamen ad id, quod assecuti sumus eadem procedamus regula, ut simus concordes. Nec enim du

Math. 18. biũ est, si in nomine Christi congregati fuerimus, ipse in medio nostrũ erit, dirigetq; studiũ nostrum in profectũ ecclesiæ

Esaiæ. 1. suæ. Vt illi tandẽ miseratus, excoquat ad purũ scoriã eius, & auferat omne stannum eius, & restituat Iudices eius, ut fuerunt prius: & consiliarios eius, sicut antiquitus. Cæterũ quãlibet doctrinam, quæ in manus uenerit non statim arripiamus, ueluti à deo profectam, mox in concionẽ proferentes. Sci

2. Cho. 11 mus enim, quod etiã Sathanas se transfigurat in angelum lu-

1. Ioan. 4. cis, Itaq; cuiuis spiritui non credendũ, sed probandi sunt spiritus, an ex deo sint, ut Ioannes ait. Quomodo autem melius prodetur spiritus Sathanæ, quàm ex suis fructibus, qui sunt maliuolentia, lis, concertationes, æmulationes, simultas, arrogantia, temeritas, & his similia. Quapropter & in ijs, quibus uerbum dei concreditur, delectum esse oportet, ne uerboso cuiq;, quem auaricia uel captatio uel studium litigandi uel ambitio uel popularis seditio ad pulpita rapuit ius sit animas ducendi, quo ipse uelit. Memores simus uerbi Iacobi Apostoli

Capite. 3. Nolite plures magistri fieri, scientes, quod maius iudicium

Iaco. 1. sumpturi sumus. Si uero in suauitate spiritus mansuetudine, &

2. Thi. 2. sapientia dei, Christi negocium gesserimus, fidelis est deus, ut

Deute. 32. qui ipsum Christum suum nobis ex tenebris in lucem restituit, donabit etiã gratiã ut corde unanimi & perfecto, eius uerũ lumẽ omnes ecclesiæ agnoscant: & hi flosculi fructũ nobis salutis pariant. Vt uno spiritu omnes dicamus. Confiteantur tibi populi deus, confi

Psal. 66. antur tibi populi omnes: terra dedit fructum suum.

Impressum Cracouiæ per Hieronymum Victorem.
Anno à Christo nato Millesimo Quingen-
tesimo, Vigesimo quinto.



